Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/epistolaepontifi00cath

EPISTOLAE
PONTIFICUM ROMANORUM
INEDITAE

EDIDIT

S. LOEWENFELD

LIPSIAE
VEIT ET COMP.
1885

Typis Metzger & Wittig Lipsiensium.

GUILELMO WATTENBACH

PIO GRATOQUE ANIMO

EDITOR

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE
LIBRARY

JUN 15 1938

10833

PRAEFATIO.

Ex tribus fontibus proveniunt epistolae pontificum Romanorum, quae sequuntur, ineditae: primum ex codicibus bibliothecae nationalis Parisinae, unde eas, quae ad historiam paparum illustrandam vel ad ius canonicum melius cognoscendum prodessent, aut ipse descripsi aut ab aliis describendas curavi posteaque contuli; deinde ex „Collectione Britannica", cuius apographum in scrinio Societatis Monumentorum Germaniae asservatur. Ac si quid in edendis huius collectionis epistolis habeo meriti, attribuas velim V. Cl. Edmundo Bishop Londoniensi et Paulo Ewald Berolinensi, quorum ille codicem in Museo Britannico invenit descripsitque, hic eum ex parte publici iuris fecit uberrimisque notis ornavit in Neues Archiv der Gesellschaft f. ältere deutsche Gesch. V. 275 sq. Neque vero omnes in libro meo invenies collectionis Britannicae epistolas, sed tantummodo eas, quarum Ewaldus nec in Neues Archiv nec in Regestorum Pontificum Romanorum nova editione textum praebuit integrum. Tertius denique fons est codex collegii S. Trinitatis Cantabrigiensis, Alexandri III registri fragmentum continens. De quo codice quoniam in Neues Archiv X. 586 fusius disserui, satis est hoc loco meminisse, septuaginta in eo inesse epistolas excepta una nondum notas (vide infra pagg. 129, 149—208).

Ineditas autem illas appellavi epistolas, quia sunt aut ineditae aut certe ignotae; quarum si unam vel alteram typis mandatam iam esse inveneris, veniam mihi, benevole lector, noli denegare; omnes enim sumus errori subiecti, ac testis est ep. 137, quam iam in Analectis Iuris Pontificii X. 565 exstantem sero deprehendi.

Iucundum restat officium, ut viris illis, qui facto consilioque in perficiendo opere me iuverunt, ex intimo animo gratias agam. Etenim V. Exc. DE GOSSLER, regis Borussici minister, qui rebus sacris et litterariis praeest, septem menses Parisiis degendi facultatem maxima liberalitate mihi concessit. GEORGIUS WAITZ eiusque socii in edendis Germaniae Monumentis apographum collectionis Britannicae benigne mihi permiserunt. R. SINKER roganti mihi, ut codex Cantabrigiensis Berolinum mitteretur, libentissime obsecutus est. Numerum epistolarum auxerunt LEOPOLDUS DELISLE Parisiensis et MARCUS MAURER Monacensis. In corrigendis vero epistolis HENRICUS BRESSLAU et IOSEPHUS LANDSBERGER, cum valetudinis causa bibliotheca Berolinensi frui mihi non liceret, qua sunt erga me amicitia, auxilium praestare non dubitaverunt.

INDEX.

		pag.
Gelasii I	epistolae	1— 11
Pelagii I	„	12— 20
Leonis IV	„	21— 22
Nicolai I	„	23
Iohannis VIII	„	24— 34
Stephani V	„	35— 37
Iohannis XI	„	37
Iohannis XIX	„	38
Alexandri II	„	38— 58
Gregorii VII	„	58
Urbani II	„	59— 66
Paschalis II	„	67— 78
Gelasii II	„	79
Calixti II	„	80— 81
Honorii II	„	81— 85
Innocentii II	„	85— 95
Lucii II	„	95— 96
Eugenii III	„	98—114
Anastasii IV	„	115—119
Hadriani IV	„	119—130
Alexandri III	„	131—207
Lucii III	„	208—227
Urbani III	„	227—237
Clementis III	„	237—243
Coelestini III	„	243—268
Initia epistolarum		269—273
Index rerum memorabilium		274—288
Corrigenda		288

BQV
3
.L82

1. *Gelasius I Iohannis, Bassi et Alexandri episcoporum curae Antoninam viduam commendat.*[1]

Coll. Brit. Gel. ep. 1, in cod. Mus. Brit. Addit. 8873 s. XII in. fol. 9.

Gelasius papa Iohanni, Basso[a] et Alexandro episcopis.[2] Missis presentibus litteris dilectioni vestrae instanter iniungimus, ut Antoninam[b] maritali solatio destitutam quanta potest dilectio vestra tuicione curaque defendat, et ab omnibus secura reddatur insidiis, atque in proposito, quo fidem servare marito desiderat, solatiis conpetentibus efficiat permanere; quia specialiter ad vestram tuitionem eam permanere noveritis, et nichil magis convenit officio sacerdotis quam viduae inferre subsidium. 493 ex. – 494 Jan.

---

2. *Gelasius I Iusto episcopo Larinati mandat, ut basilicam a Priscilliano et Felicissimo fundatam consecret.*[3]

Coll. Brit. Gel. ep. 2, l. l. fol. 9.

Gelasius Iusto episcopo Larinati. Priscillianus et Felicissimus viri devoti petitorii[c] nobis insinuatione suggesserunt, in re propria que Mariana vocatur basilicam se pro sua devotione fundasse, quam[d] in honore sancti archangeli Micahelis et nomine desiderant consecrari. Et ideo, frater karissime, suscepta primitus donatione, que petitorio continetur, si ad tuam pertinet parroechiam benedictionem supra memorate basilicae solenni veneratione depende. Nichil sibi tamen fundatores ex hac basilica preter processionis aditum noverint vindicandum. 493 ex. – 494 Jan.

[a] Baso *c.* [b] Annoninam *c.* [c] *sic iam in cod. aliena manu correctum ex* petorii. [d] que *c.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 629. [2] De his vide Ewald in Neues Archiv V. 509 n. 2. [3] Cf. Jaffé ed. sec. 630.

3. *Gelasius I Iusto et Probo episcopis mandat, ut Marcum presbyterum monasterii in fundo Luciano, conquestum se in die s. paschae ecclesia esse pulsum, ab iniuriis adversariorum defendant. Episcopus Lucerinus ne monasterio damnum inferatur curet.*[1]

Col. Brit. Gel. ep. 3, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 9.

493 ex. – 494 Jan. Gelasius Iusto[2] et Probo[3] episcopis. Religionis probatur iniuria, si ea videantur admitti, que contra regulas et constituta videantur antiqua. Marcus siquidem presbiter monasterii, quod in fundo Luciano noscitur constitutum, petitorii nobis insinuatione deploravit, Romulum et Ticianum presbiteros multam adversus se vel adversus aecclesiae contumeliam commisisse; quos asserit, adhibito sibi Moderato, conductore domus regie, se ex ecclesia sacrosancto die pasce, cum ad processionem venisset, fuisse depulsum, et, effracto sacrario oratorii, ministeria supradicto conductori laico potius commisisse servanda, eiusque presbiteros monasterium depredatos.[a] Et ideo inter supra dictos presbiteros omne, quod natum est, vestro iuditio determinetur ambiguum, quatinus servatis regulis et aecclesiasticis constitutis nichil permittatis audaciae, nichil arbitrio licere; sed que petitorio suggesta sunt universa rimantes, quod religioni et iusticie convenit censeatis. Sciatque frater et coepiscopus noster Lucerinus antistes, aut ita ad monasterium secundum consuetudinem se esse venturum, ut nichil in eisdem locis dampnum clerici valeant perpetrare, aut sibi a conventu eius loci noverit abstinendum.

4. *Gelasius I Felici episcopo mandat, ut de personis quibusdam obnoxiis, ad clericatum promotis, cum Claudio eorum domino tractet. Clericos, qui Hostilium comitem contra ecclesiam adiuverint, munere communioneque privari iubet.*[4]

Coll. Brit. Gel. ep. 8, l. l. fol. 10.

494 ex. – 495 in. Gelasius Felici episcopo.[b] Vir spectabilis Claudius filius noster iuri suo junctas[c] certa obnoxietate personas ad clericatum sue[d] ecclesie asserit esse susceptas, quas secundum legum et principum

[a] *Mendum haec verba continere manifestum est; Ewald pro* monasterium *legendum putat* monasterii, *Wenzlowski pro* eiusque *poni vult* eosque, *vide Thalhofer's Bibl. d. Kirchenväter Lief. 363. 364 p. 298 not.* [b] *In indice collectionis hisce verbis notatur epistola:* VIII. De personis obnoxiis sine manumissione ordinatis. [c] iumetas *c.* [d] *Ewald suspicatur* tue.

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 631. [2] Larinati. [3] Episcopus civitatis cuiusdam in Apulia. Cf. Neues Arch. V. 509. n. 6. [4] Cf. Jaffé ed. sec. 644.

constituta sibi petit sine intermissione restitui. Et ideo, frater karissime, si probabilis apud sententiam tuam series petitionis[a] agnoscitur, servato sanctionum[b] tenore cum eorum domino[c] te convenit universa definire, quatinus secundum gradus sui normam de uno quoque que conpetunt explicetis. Eos etiam clericos, quos adversus aecclesiam Hostilio comiti auxilium[d] prebuisse constiterit, ab ordine suo et communione suspende, ne malum factum impunitatis remissione subcrescat. 494 ex. – 495 in.

---

5. *Gelasius I Iusto et Constantino episcopis litem Anastasii, defensoris S. Rom. ecclesiae, cum Proba, eius cognata, terminandam committit. Praecipit, ut si Proba iudicio se subtrahere temptaverit, eam a communione suspendant.*[1]

Coll. Brit. Gel. ep. 9, l. l. fol. 10.

Gelasius Iusto[2] et Constantino[3] episcopis. Anastasius[4] Romane defensor ecclesiae adversus Probam cognatam suam, preceptione prefectorum petitorii, in suo noscitur elicuisse[e] negotio; quem[f] dilectioni tue[g] credidimus nostra commendatione prosequendum, ut in quo usus exegerit aut in quo vestrum sibi dixerit prodesse solatium, adhibere protinus iusticie contemplatione annitamini. Illud pariter addentes, ut si se supra dicta eius adversaria a iudicio delegato subtrahere forte temptaverit, et id egerit, quominus per eius absentiam causa terminum sortiatur, sciat, se tam diu a communione[h] suspendi, quamdiu a dictione cause se putaverit subtrahendam. 494 ex. – 495 in.

---

6. *Gelasius I Victorem, Serenum et Meliorem episcopos inter Faustinum archidiaconum et Stephanum diaconum iudices constituit.*[5]

Coll. Brit. Gel. ep. 10, l. l. fol. 10.

Gelasius Victori, Sereno et Meliori episcopis.[6] Si temporis pateretur asperitas et necessitas negotii vehementer exigeret,[i] durum tamen et contra leges probatur admitti, ut ex tam longinqua civitate ad urbem Romam causa traheretur, ne hec inpossibilitas alteri 494 ex. – 495 in.

[a] petionis *c.* [b] santionum *c.* [c] dominio *c.* [d] auxilium *recte adiecit Bishop.* [e] vos *excidisse putem.* [f] quam *c.* [g] *mendum inesse videtur.* [h] comunione *c.* [i] exigerit *c.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 645. [2] probabiliter Larinati (Ewald). [3] prob. Capuano (Ewald). [4] Vide infra n. 9. [5] Cf. Jaffé ed. sec. 646. [6] De his vide Ewald in Neues Archiv V. 512 n. 3.

494 ex. – 495 in. parti preiudicium compararet. Ac cum animorum causas et solam intentionem petitoriis legamus esse verborum,[a] supervacuum credidimus ad sedem nostram vocare litigantes. Stephanus etenim diaconus adversus Faustinum archidiaconum suum de negata sibi pace et de horrendis iniuriis deflebat inpactis, atque ad nostrum iudicium ipsum supplicabat debere transferri. Archidiaconus vero, mediocritatis allegatione premissa sequentium,[b] se dicit insolentiam non durare, et, honore quo utitur penitus imminuto, gradus sui consuetudinem debitam commodorum sibi asserit abnegari. Et ideo, fratres karissimi, utrorumque deplorationem certa[c] consideratione cogitantes personam vestram credidimus eligendam; quibus audientibus archidiaconus nec de fatigatione nec de gravibus queratur impensis, et Stephanus diaconus talibus sibi gaudeat cognitoribus fuisse prospectum, ut ex parte nichil habeat iam querelae.

7. *Gelasius I Geruntio episcopo Valvensi mandat, inquirat, num episcopus Potentinus sacratam patenam abstulerit et in proprios usus converterit. Relationem postulat.*[1]

Coll. Brit. Gel. ep. 12, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 11.

494 ex. – 495 in. Geruntio episcopo Valvensi.[d] Exsecrabilis sacrilegii abominanda commissio ita nos petitorii insinuatione commoverat, ut nisi longinquitatem cogitaremus itineris, ad sedem nostram tantam causam faceremus destinari. Sed quia asperitas temporis nos ab hac intentione revocavit, idcirco sacratam patenam, quam actores[e] Petri spectabilis viri, filii nostri, a Potentine[f][2] urbis pontifice queruntur ablatam, omni investigatione disquire. Et si aperta approbatione constiterit, hanc de sanctuariis esse subtractam atque in propriis utilitatibus ab antistite fuisse consumptam, relationem nobis ilico destinabis; per quam factum aperta insinuatione noscamus, quatinus iniuriam religionis et Dei[g] digna possimus ultione compescere, Avo defensore Romane ecclesie negotium quod decrevimus exequente. Cuius clerico, ne quid pro tam sancta et necessaria prodicione a suo patiatur antistite, a nobis deputata est tuitio.

[a] *locus sine dubio corruptus.* [b] senquentum *cod.; addendum videtur* graduum. [c] caerta *c.* [d] *sic recte correxit Ewald pro* Valensi *cod. Cf. Neues Archiv V, 513.* [e] auctores *c.* [f] *primitus* Potentiane *in cod., sed* a *partim erasum posteaque subterpunctum est.* [g] *Aliena manus superscripsit* fi, *ut legatur* fidei.

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 648. [2] dioec. Acherontinae.

8. *Gelasius I Respecto et Gerontio episcopis mandat, ut inter clerum et episcopum Aufidanum diiudicent.*[1]

Coll. Brit. Gel. ep. 13, l. l. fol. 11.

Gelasius Respecto[a] et Gerontio[b][2] episcopis. Querelarum enormitate permoti, qua universa cleri turba contra episcopum Aufidiane civitatis inexplicabili deploratione conquesta est, ad sedem nostram tantorum molem negotiorum volueramus adducere. Sed quoniam et temporis asperitatem et multitudinis exhibendae sumptus[c] utiliore consideratione cogitavimus et probationum difficultates, per quas testibus forsitan necessariis unaqueque destitueretur assertio vos potissimum iudices delegamus: ut relegentes petitoria,[d] singularum genera causarum, presentatis omnibus quorum interest, sub omni integritatis fide et iusticia trutinetis. 494 ex. – 495 in.

---

9. *Gelasius I Teiae comiti scribit, Eucharistum, cum in curia apostolica fuisset non praesente accusatore, de novo evocatum esse, ut criminationibus sese purgaret. Quae comes obiecit, Faustum antea Eucharisto familiarem fuisse cet., ea refutat. Hortatur, ne causis ecclesiasticis sese intromittat.*[3]

Coll. Brit. Gel. ep. 14, l. l. fol. 11.

Teie comiti Gelasius. Si conscientia secura est Eukaristi, aut solus huc ante venire non debuit, cum accusator eius egritudine teneretur, aut, posteaquam accusator eius huc venit, hic potius debuit permanere, donec in presenti, accusatore suo manifestissime confutato, suam nobis innocentiam manifestissime conprobaret. Nos tamen eius causa iusticiam reservantes, quamvis intelligamus, tergiversationibus eum suis audientiam declinare, in qua fallere omnino nos[e] posset, defensorem Anastasium cum preceptione direximus, ut, si se confideret posse purgari, ad nostrum properaret exagmen, ubi convenienter ab accusatoris obiectionibus expeditus liber apud nos posset existere; quod si non fecisset, sciret de conscientia sua se esse confessum. 494 ex. – 495 Aug.

Item. Quod dicis, non apud me Fausti debere verba proferri accusantis Eukaristum, quia ipse eum ante laudaret, tanto magis huic credendum est, qui scelus eius ex ipsa verius potuit familiari-

[a] Repecto *c.* [b] Gepontio *c.* [c] suptus *c.* [d] petitorio *cod.* [e] *an* non?

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 649. [2] probabiliter Valvensi. [3] Cf. Jaffé ed. sec. 650.

494 ex. – 495 Aug. tate cognoscere. Quod in tantum verum esse monstratur, ut ad Faustum convincendum nullatenus venire presumat. Quod utique, si conscientiam ab obiectionibus[a] Fausti liberam se habere confideret, etiam nullo mandante facere debuisset.

Item. Dicit tua nobilitas, nescio quos, illic parentes Fausti iam fuisse convictos; tanto magis[b] fiducialius huc Eucaristus properare debuerat, ut et Faustum sicut proximos de mendatii concinnatione, quod dictum est sepe, convinceret. Neque enim parentes Fausti contra Eukaristum apud nos[c] querimoniam commoverunt,[d] sed eum hic Faustus positus accusat. Non ergo ad nos pertinet, si illos convicit,[e] qui eius apud nos[c] non fecerant mentionem, aut nunc etiam ad accusandum Eucaristum venire dissimulant, nisi Faustum, qui in eius accusatione persistit, in nostra examinatione convincat. Quid autem visum fuerit nobilitati tue, ut michi iniuriam faceretis, ignoro, dum putatis, quia de nostro iudicio causa deberet auferri et ad episcopos intra provinciam positos pro Eucaristi et sotiorum voluntate transferri, quod non poterit ulla omnino racione fieri.

Item. Nobilitatem tuam *cet. ut in Neues Archiv V. 514.*

---

10. *Gelasius I Herculentio et Stephano episcopis de duobus servis, inscente domina ordinatis, scribit. Addit de Septimo servo a Genitore presbytero reddendo.*[1]

Coll. Brit. Gel. ep. 17, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 12[b].

Herculentio[2] et Stephano.[f 3] Frequens equidem *cet. ut in Gratiani decr. I. D. 54 c. 10, Thiel I. 388, cet.*

494 ex. – 495 Aug. Item. Reparatum quoque fratrem et coepiscopum nostrum executio deputata conveniet, ut ad iudicium vestrum Genitorem presbiterum suum sine ulla excusatione transmittat,[g] ut ab eo Septimo servo qui repetitur presentato, si nichil fuerit, quod de eius ingenuitate relidatur, aut eum claruerit obnoxietati petendum[h] modis omnibus illigatum,[i] cum peculio, sicut postulant legum cauta, reddatur.

[a] ob *aliena manu supra linea additum est.* [b] ma *superscriptum est.* [c] *superscriptum est* nos. [d] comoverunt. [e] convincit *c.* [f] *apud Gratianum additur* et Iusto episcopis. [g] transmitat *c.* [h] *sic aliena manu in cod. correctum ex* petentum. [i] *verba ita coniungenda videntur:* aut eum, modis omnibus obnoxietati illigatum, petendum claruerit.

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 653. [2] probabiliter episcopo Potentino (Ewald). [3] Neapolitano? (Ewald).

11. *Gelasius I Victori episcopo, deficientium voluntatem ab heredibus devote observandam esse, scribit.*[1]

Coll. Brit. Gel. ep. 20, l. l. fol. 13.

Victori episcopo. Deficientium voluntas ita debet ab electis 494 ex. –
heredibus enixa devotione servari, ut ex nulla parte rem commis- 495 Aug.
sam[a] fidei sue quisque putet esse violendam. Non solum enim conscientiae sue probatur inimicus, verum etiam in vindictam legum, que huiusmodi machinantibus[b] testamentaria emolumenta subtrahunt, evidenter incurrit.

---

12. *Gelasius I Epiphanio episcopo nuntiat, Tullinum presbyterum, a sese consecratum, in eius paroeciam redire, invito Mastallone, se iussisse.*[2]

Coll. Brit. Gel. ep. 21, l. l. fol. 13.

Epifanio episcopo.[3] Filius noster vir illustris Mastallo comes 494 ex. –
sacrarum largitionum[c] magno opere postulavit, ut Tullinus delegan- 495 Aug.
tibus nobis factus hic presbiter remaneret; qui etiam dilectionem tuam hoc voluisse non tacuit. Quem tamen eatenus consecratum ad tue dilectionis redire fecimus parroechiam, ut sub tuo semper iure consistens tanquam a te semet noverit ordinatum; quoniam[d] sicut dilectionem tuam non sibi prereptum iudicare confidimus, quod nostra sit factum dispositione, sic tuo pontificio nichil ducimus subtrahendum.

---

13. *Gelasius I Iusto episcopo mandat, ut Glyrium, nisi a vexandis rebus ecclesiasticis desistat, munere ac communione privet.*[4]

Coll. Brit. Gel. ep. 25, l. l. fol. 13[b].

Iusto episcopo.[5] Glyrius nisi ab ecclesiasticarum rerum vexa- 494 ex. –
tione cessarit, omni ecclesiastico ministerio officioque pontificum et 495 Aug.
sacra communione privetur, quoniam qui humanis legibus et publice discipline oboedire contendit,[e] et aecclesiasticis suffugiis[f] contra

[a] comissam *c.* [b] m̆tibus *c. Bishop v. ill. proponit* „mentibus?"; *an* nitentibus *legendum est?* [c] largitionum *addidit Ewald, Neues Archiv V. 516 n. 3.* [d] qui *c.* [e] contendit *cod. melius placet quam* contemnit, *quod legi vult Bishop; humanae enim leges opponuntur hic ecclesiasticis.* [f] *pro quo Bishop proponit* suffragiis; *sed vis verborum haec videtur esse:* qui ecclesiast. suffugiis (utens), contra regulam (arcum) tendere non quiescit.

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 656. [2] Cf. Jaffé ed. sec. 657. [3] Beneventano. [4] Cf. Jaffé ed. sec. 661. [5] probabiliter Larinati (Ewald).

494 ex. – 495 Aug. regulam tendere[a] non quiescit, eius munere probatur indignus, cuius reverentiam calcare contendit.

---

14. *Gelasius I Bellatori episcopo scribit, Maronem, licet industria eius ab omnibus laudetur, Laurentio anteponi non posse, quia posteriorem anteire anteriori canones vetent.*[1]

Coll. Brit. Gel. ep. 26, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 13[b].

494 ex. – 495 Aug. Gelasius Bellatori episcopo.[2] Non solum vetusti canones, verum etiam sinodalia decreta nuper[3] constituta[b] continent, quid de ordinationibus diversarum observari debeat personarum. Que excedere nulli penitus est licere permissum, quia semper constitucio generat temerata vindictam. Et ideo, frater karissime,[c] quem loco anteire mandasti, quia non potest ei posterior ante poni, locis suis eum stare precipimus. Maroni ergo, si ita tibi vel universis probatur accomodus, ut efficax et ad[d] omnem actum videatur strenuus, ei quecumque sunt pro utilitatibus aecclesiasticis exequenda committe,[e] ut et Laurentio serves canones et Maronis habeas promptiorem, sicut ab omnibus insinuatur, industriam. Nec enim erit archidiacono de hac ordinatione causatio, cum nec sibi viderit honorem qui debeatur exemptum, et utiliori que sibi impossibilia[f] videntur iniuncta.

---

15. *Gelasius I Valentino episcopo mandat, ut ecclesiam quandam, si in eius dioecesi constructa sit, dedicet dominisque loci nonnisi „gratiam processionis“ reservet.*[4]

Coll. Brit. Gel. ep. 29, l. l. fol. 14.

495 Sept. –496 Apr. Valentino episcopo. Si ad tuam diocesim pertinet locus, in quo facta constructio est, divinis eam sicut petitur dedicabis ministeriis; ita ut que illic oblata sunt primitus donatione suscipias, denuntiaturus, non illic quicquam dominis reservari, nisi gratiam tantummodo processions, que kristianis conpetit sine dubitacione personis.

[a] *sic iam in cod. correctum ex* cedere. [b] destituta *c.* [c] fk *c.* [d] ad *aliena manus superscripsit.* [e] commite *c.* [f] inposita *cod. aliena manus correxit* inposibilia.

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 662. [2] Ostiensi. [3] die 11 Mart. 494. Cf. Jaffé ed. sec. p. 85. [4] Cf. Jaffé ed. sec. 704.

16. *Gelasius I Mercurio scribit, rem litigiosam ante latum iudicium in aliquam personam transferri non posse.*[1]

Coll. Brit. post Pelagii ep. 70. 71, l. l. fol. 38.

Mercurio. Quia, cum res sit[a] in litigio consituta, in aliquam 492–496.
transferri non[b] possit nulla ratione personam, donec legitime cognicionis, cui potius debeatur, iudiciaria[c] disceptatione possit agnosci, nec ex eadem re quisquam sinatur exigere pensiones, sed in eodem statu re eadem posita, in quo videtur sicut dictum est hodie constituta, quisquis sibi putat quippiam posse competere, iuridico pulset exagimine.[d] [2]

---

17. *Gelasius I Philippo et Geruntio episcopis mandat, ut Gaudiosum diaconum, si idoneum repererint, presbyterum in Clientensi vico ordinent.*[3]

Coll. Brit. Gel. ep. 30, l. l. fol. 14.

Philippo et Geruntio episcopis. Fratres karissimi, Gaudiosum 495 Sept.
diaconum, quem conprehendit peticio subter admixta,[e] si tamen vestra –496 Apr.
discussio eum non esse repererit, qui iam a nobis ante[f] cognoscitur reprobatus, ne per subreptionem subiciatur, qui meruit iam repulsum,[g] et in huius persona qui nunc eligitur vite probitas et regularum constat auctoritas, nec est, quo ei canonum precepta renitantur, Clientensi[h] vico ordinabitis nostra preceptione presbiterum.[4]

---

18. *Gelasius I Maximo et Eusebio episcopis de restituendo antiquo parroeciarum statu ecclesiae Camiscanae (?) et Anconitanae scribit. Alieni iuris dioecesim invadi vetat.*[5]

Coll. Brit. Gel. ep. 38, l. l. fol. 15[b].

Maximo et Eusebio episcopis.[6] Licet regulis *cet. ut in Gratiani* 496.
decr. C. XVI. qu. 3. c. 5, Thiel I. 492, cet.

Item. Iustum est, ut unaqueque aecclesia parroechia sibi antiqua dispositione deputata videatur[i] esse contenta, ut hac decisio-

[a] *sic scribit Bishop pro* recessit *cod.* [b] non *superscriptum.* [c] iudicaria *c.* [d] *apud scriptores, quos vocant classicos:* examine. [e] adnixta *c.* [f] *eadem (?) manus superscripsit* ante. [g] repulsam *c.* [h] *an* Clienensi? *Vide Thalhofer's Bibl. d. Kirchenväter, Lief. 363. 364. p. 322 n. 2.* [i] videtur *c.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 691. Gelasio attribuendam esse epistolam hanc, probat Ewald in Neues Archiv V. 596 in corrigendis ad p. 562. [2] Cf. Jaffé ed. de eadem ep. eiusdem argumenti. [3] Cf. Jaffé ed. sec. 705. [4] Iisdem episcopis sec. 712, re iam scripserat Gelasius, cf. Jaffé ed. sec. 663. [5] Cf. Jaffé ed. sec. 713. [6] Blerano et Fanensi (Ewald).

496. nis continentia alieni iuris dyocesim nullus audeat quolibet commento, qualibet fraude pervadere.

---

19. *Gelasius I Iocondo episcopo scribit, se mandasse, ut Stephanus, contra regulam alibi factus diaconus, ad ecclesiam, in qua ordinatus fuisset, rediret; cet.*[1]

Coll. Brit. Gel. ep. 39, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 15[b].

496. Iocondo episcopo. Certe dixi, ut quia Stephanus contra regulas ecclesiae factus alibi diaconus ad alteram transire non posset aecclesiam,[a] nunc interim remearet, in qua fuerat ordinatus. Et si hoc mallet, frater et coepiscopus meus Petrus[2] eumdem a proprio posceret[b] sacerdote et per[c] scripturam sicut moris est sibimet impetrare debere concedat; atque ita proprie eius affectus nichil deinceps temptaturus, quod veniret in culpam, pontifex, cui adquisitus fuerat, sua sponsione confirmaret. Alioquin mox eum ab ecclesia submoveret, si quicquam fecisset illicitum.

---

20. *Gelasius I tribus episcopis mandat, examinent causam Festi querentis, Urbanum quondam episcopum Fulginatem, dum viveret, praedium sibi abstulisse; compellant Alexandrum clericum, ut quae de hac re sciat patefaciat.*[3]

Coll. Brit. Gel. ep. 42, l. l. fol. 16[b].

496. Gelasius Cresconio,[d][4] Iohanni[5] (et Messalae)[e] episcopis. Decessorum statuta sicut legitima et iusta successorem custodire convenit, ita debet etiam male facta corrigere.[f] Festus siquidem petitorii oblatione conquestus est, quod habetur in subditis: Urbanum, religiose recordationis Fulginatis civitatis antistitem, predium sibi perperam, cum adviveret, abstulisse, quem sicut asserit frequenti conventione pulsavit, nec ad iudices ad dicendam causam voluit commeare. Et ideo, fratres karissimi, causa sub omni examinationis integritate discussa, si cognoscitis, querelam petentis certe pro-

[a] *Sic iam in cod. aliena manus correxit ex* aecclesiae. [b] posseeret *c.* [c] *ea quae sequuntur, non satis intellego.* [d] Creconio *c.* [e] et Messalae *supplendum esse, patet ex eo, quod huius epistolae fragmentum, tribus illis episcopis inscriptae, legitur in Gratiani decr. C. XXV. qu. 2 c. 19, et quod in Coll. Brit. cod. inter* Cresconio *et* Iohanni *coniunctio deest.* [f] *Verba* Decessorum — corrigere *leguntur etiam in Gratiani decr. l. l., cet.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 714. [2] Ravennas. [3] Cf. Jaffé ed. sec. 717. [4] Tudertino. [5] Spoletino.

bationis assertione subsistere, legum memores de redhibitione iudi- 496.
cate. Alexandrum quoque clericum ea, que in tempore acta meminit, patefacere in vestra cognitione compellite, ut omnia, que constituenda sunt, secundum iuris ordinem censeatis.

---

21. *Gelasius I Siracusio episcopo mandat, compellat heredes Zachaei episcopi, ut 62 libras argenti ecclesiae restituant; hereditas si nimis exigua sit, integra ea ecclesiae assignetur.*[1]

Coll. Brit. Gel. ep. 43, l. l. fol. 16[b].

Siracusio episcopo. Heredes antistitis Zachei ad[a] redibitionem 496.
sexaginta et duarum librarum argenti, quas expendit, sine ulla intermissione sicut constitit conpelle, quatinus recuperatis ministeriis[b] aecclesia ornamentis propriis indigere non possit. Quod si dampnosam sibi hereditatem forte vel minus idoneam ad restituenda ministeria fuerint deprecati, repudiatis facultatibus omnibus, ab eorum te convenit exaccione cessare, quas ecclesie pro reconpensatione noveris adplicandas.

---

22. *Gelasius I in synodo litem diiudicat inter Faustum, Rom. ecclesiae defensorem, et Eucharistum, 63 solidos repetentem, quos ad petendum episcopatum Volaterranum illi solverat.*[2]

Coll. Brit. Gel. ep. 45, l. l. fol. 16[b].

Gelasius in synodo dixit: Inter Eucaristum[3] ante dampnatio- 496.
nem, que ei merito videtur inpacta in nostra iudicio constituto, et Faustum defensorem ecclesie Romanae negotium, quo vertebatur, agnovimus. Siquidem Eucaristus sexaginta et tres solidos, quos[c] ei ad episcopatum[4] petendum veniens erogandos dederat, ubi sibi vita sua et conversatio fuit ad impetrandum honorem contraria, repetebat, asserens: hos solidos a se supradicto fuisse numeratos cautione suscepta. Retulit Faustus: accepisse se quidem solidos, sed et pro eius voluntate et delegatione, quibus ipse voluit, numerasse. Quod[d] cum, facta sub nostri presentia ratione etiam cognoscente, esse constaret, pluribusque etiam curialibus Volaterranis in presentia constitutis, certa calculatio claruisset, constitit triginta et unum[e] solidos et tremisses duos[f] ad eius delegationem sine controversia

[a] ad *addidit Bishop.* [b] misteriis *c.* [c] quod *c.* [d] quos *c.* [e] I. *supra linea.* [f] duo *c.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 718. [2] Cf. Jaffé ed. sec. 496. [3] Cf. supra ep. 9. [4] Volaterranum.

496. numeratos, viginti duos[a] et tremisses duos[a] in curialium, quos exhibuerat ad peticionem episcopatus, victum[b] vel animalium pabulum, cum diu peticio ipsa traheretur, expensos; — nec enim poterat ad pontificatum vel tardo eligi, cuius tanta claruere commissa, ut et parricida probaretur et, apertis indiciis,[c] hac sua etiam confessione falsarius; — novem etiam solidos, qui residui esse videbantur, impensis suis ad probandum falsum crimen, cum multo tempore servaretur, erogatos. Et ideo, quia omnis erogatio, que per ipsum et pro ipso facta est, eidem constat modis omnibus imputanda, ab hac erit Faustus, defensor Romane aecclesie, peticione quantitatis immunis et a nobis ac nostro iudicio[d] modis omnibus absolutus, cui causatio[e] sua erit sine intermissione reddenda. Que tamen quamdiu erit apud Eucharistum, vacua et inanis erit et omnibus viribus effetata, nec post hoc iudicatum sedis nostrae aut profertur in iudicio aut prolata vires aliquas repetitione[f] assumet.

---

23. *Pelagius I Constantino presbytero Narniensi praecipit, ut in patrimonio ecclesiae gubernando clericisque custodiendis Iohannem episcopum adiuvet et res quoquo modo alienatas recuperet.*[1]

Coll. Brit. Pel. ep. 3, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 21.

558 Sept. –560. Constantino[g] Narniensi presbitero. Iohannis fratris et coepiscopi[2] nostri oblata peticio, licet Deo placita et sacerdotalibus moribus congrua sit humilitate plenissima, idoneae tamen veritatis ratione suffulta, nostre quoque auctoritatis exigit preberi debere[h] consensum, asserens ut, quia ingenitae mansuetudine simplicitatis ecclesiasticum non valet patrimonium gubernare, vel diversis curialium de exactione tributi vel aecclesiasticarum rerum[i] detentatoribus non possit occupari molestiis, ad totius huiusmodi sollicitudinis curam experientiae tuae vigilantia debeat adhiberi, cuius etiam fidem sibi industriamque testificatur esse compertam; in qua re etiam filiorum ecclesiae dicit vota concurrerre. Et ideo presenti tibi auctoritate mandamus, ut tam in gubernando ecclesie patrimonio quam in custodiendis imperandisque clero aecclesie Narniensis omnibusque,[k] que vel divini cultus obedientia vel aecclesiastice uti-

[a] duo *c.* [b] victu *c.* [c] *sic aliena manu correxit* iudicii *cod.* [d] iudio *c.* [e] *an* cautio *corrigendum?* [f] probata — repetione *c.* [g] *fortasse* Constituto, *cf. Ewald in Neues Archiv V. 534 n. 3.* [h] debere *aliena manus superscripsit.* [i] rerum *aliena manu superscriptum.* [k] omnibus *c.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 975. [2] Narniensis.

litatis ratio postulat, necessariam[a] sollicitudinem conpetenti modestia exhibere implereque non differas. Sed et si que res aecclesiasticae quorundam pervasione[b] vel pravo aliter studio detinentur, in earum repeticione seu vindicatione, quantum iusticia legesque permittunt,[c] invigilare non desinas, recuperaturus prefatae ecclesiae iuri,[d] que ratio suaserit aequitatis; predicto duntaxat episcopo tuo, tam paternarum quam nostrae auctoritatis reverentia cogitata, impensurus in omnibus obedientiam competentem. 558 Sept. –560.

---

24. *Pelagius I Iohannem episcopum Nolanum reprehendit, quod ministeria ecclesiae Sessulanae vendendi facultatem a sese petat; quae si tanta inopia prematur, ut paroecia esse non possit, „eam titulum ecclesiae Nolanae constitui“ iubet.*[1]

Col. Brit. Pel. ep. 4, l. l. fol. 22.

Iohanni Nolano episcopo. Dilectionis tue suggestione comperta, per quam reprehendenda valde fidutia ob necessitatem aecclesie Sessulane,[e] que Nolane aecclesiae esse videtur parroechia, vendendi sibi sacra ministeria[f] concedi a nobis execrabili licentia postulasti, mirati sumus, quod dum precedentibus karitatem vestram frequenter duxerimus apicibus commonendam, ne aliquando incongrua et nostris exosa moribus vel scribere vel poscere qualibet necessitate cogente presumeres, non solum de preteritis dilectionem tuam minime correxisse conspicimus, verum etiam[g] ad speranda paulo amplius deteriora procedere. Quis namque tam opinionis nostre quam tue quoque estimationis inimicus apertissimus tibi credidit suadendum, ut nostris preceptionibus vendendorum ministeriorum[h] tibi facultas libera cederetur? Propter quod tibi presenti auctoritate mandamus, ut nulla[i] hoc de qualibet re minima sacris dudum usibus dedicata facere seu loqui presumas ulterius, sciens vel honoris vel substantie te periculum sequuturum, si quicquam tale fuerit adtemptatum. Sed si tanta est[k] ecclesie Sessulane penuria, ut parrochia esse non possit, eam potius titulum Nolane ecclesie constitue, ut tali[k] depositione habita nec de sacris quicquam ministeriis[l] detrahatur et 558 Sept. –560.

[a] *post* necessariam *verba* util. rat. post. *repetuntur.* [b] *prius in cod.* persuasione, *sed* s *postea erasum.* [c] permitunt *c.* [d] iuri *aliena manus superscripsit.* [e] Sensulane *c.* [f] misteria *c.* [g] verum etiam *bis in cod.* [h] misteriorum *c.* [i] *sic cod.; inest vis vocis „nequaquam“.* [k] *aliena manus superscripsit.* [l] ni *supra linea aliena manu.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 976.

558 Sept. –560. conpetentia ibidem divini cultus per deputatos cardinales aecclesie presbiteros ministeria celebrentur. Et si quid est in cespite, per aecclesie Nolane homines, ut diligentius saltem fiscum solvere valeat, excolatur.

---

25. *Pelagius I Viventio episcopo Neapolitano mandat, iudicet inter Vulturnensem et Pariensem ecclesias. Constantinum, ecclesiae Rom. defensorem, statuta executurum esse, scribit.*[1]

Coll. Brit. Pel. ep. 9, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 25.

558 Sept. –560. Viventio[a] Neapolitano episcopo. Dudum quidem in negotio, quod in Vulturninam[b] atque Pariensem ecclesiam vertebatur, audientiam nos deputasse recolimus; qui ex preceptionis nostre pagina residentes universa in questionem venientia cognoverunt, et tantum que visa sunt verbo[c] diffinire, non etiam ex scripto prolata sententia curaverunt; que rès recidiva coegit, ex eadem causa suscitari litigia, et nullam hactenus rebus difinitis obedientiam commodari permisit. Propter quod, denuo filii nostri gloriosi viri patricii Dulcitii directis apicibus, ut tandem aliquando diuturne querelae confusio valeat amputari, decernendum rursus iudicium legitur postulatum. Et ideo presentium decretorum tenore caritati vestre mandamus, ut exequente Constantino, sedis nostre defensore, clerum vel cives aecclesie Pariensis et e diverso ecclesie Vulturnine vel vici Feniculensis ad vestrum faciatis convenire iudicium, et cognitis, que deputatis pridem iudicibus inter eos statuta sunt,[d] servandum formetis ex scripto sententiam et coram patribus proferatis, antedicto sedis nostre defensore modis omnibus exequente, ut que statuta fuerint effectui mancipentur.

26. *Pelagius I Cetego Patricio de ordinatione episcopi Siracusani dilata ac de episcopo Cataniensi scribit. Facturum se, ut Siracusanus non plus quam binos solidos annuatim a parocciis exigat.*[2]

Coll. Brit. Pel. ep. 20, l. l. fol. 27.

558 Sept. –560. Pelagius[e] Cetego patricio. De Siracusanae *cet. ut in Gratiani decr. I. D. 28 c. 13, sed post verba* vel heredibus relicturus *sequitur:*

[a] Putentio *cod. Huius epistolae exiguum fragmentum exstat ap. Deusdedit III. c. 112 ed. Martinucci p. 292 cum hac inscriptione:* Pel. Viventio Neap., Gemino Puteolano et Constantio Miseno episcopis. [b] Vulturniam *c.* [c] *sic aliena manus correxit* morbo (?) *cod.* [d] sunt *aliena manus add.* [e] Gelasius *perperam cod., cf. Ewald in Neues Archiv V. 543.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 981. [2] Cf. Jaffé ed. sec. 992.

sed aliud eum cavere districte fecimus, nectim etiam et Catanien- 558 Sept.
sem episcopum. —560.

Item. Faciemus ut non amplius de parrochiis suis quam binos solidos annuos sub qualibet occasione presumat accipere.

---

27. *Pelagius I Iohanni comiti scribit, sese ad preces eius schismatico cuidam, in ecclesiae catholicae unitatem redeunti, veniam praebuisse. Addit de schismaticis trium capitulorum defensoribus.*[1]

Coll. Brit. Pel. ep. 25, l. l. fol. 28[b].

Iohanni comiti. Quamvis is[a], qui reducitur, errasse se hactenus 558 Sept.
aliqua suscipiendi difficultate pro ecclesiastici censura vigoris intel- —560.
ligere debuisset, tamen quia ab illo reductus est, cui et pro affectu karitatis et pro excellentie honore negare nichil possumus,[b] expanso karitatis sinu suscepimus revertentem, et quanto reditum eius parturierit aecclesiastice unitas pacis, ex ipsa venie effusione monstramus. Nam et suscipi eum et catholice fidei communioni iussimus adunari; quia sicut docte veraciterque dixistis, nichil in illo maxime nisi solam a se divisionem dolebat ecclesia. Eadem siquidem fides in symbolis, eadem forma in baptismatis sacramento, eadem in dominici corporis consecratione misteria. Quod si et ignorantia faciente scismathicorum errore[c] seducti in capitulorum trium defensione contra fidem suam videntur insurgere, et ob hoc ipsum nos aliter aliquid de his, que prediximus, vel in confessione vel in actu suspicati sunt habuisse, nos tamen scientes eos non elimato iudicio, sed errore, ut dictum est, ista sensisse, hoc in eis magno opere, quod nunc in isto correptum[d] est, culpavimus.

---

28. *Pelagius I in episcopum quendam vehementer invehitur, quod a sententiis Romanae ecclesiae recesserit.*[2]

Coll. Brit. Pel. ep. 26, l. l. fol. 29.

Iohanni comiti[e] Pelagius. Adeone te in summo sacerdotii gradu 558 Sept.
positum catholice fefellit veritas matris, ut non statim scismaticum —560.
te conspiceres, cum a sedibus apostolicis recessisses? Adeone populis ad predicandum positus[f] non legeras super apostolorum prin-

[a] *prius* his; h *erasum.* [b] posumus *c.* [c] *sic aliena manus correxit* more *cod.* [d] *an* correctum? [e] *Inscriptio haec sine dubio corrupta; fortasse* Iohanni episcopo *aut* Paulino Aquileiensi *legendum est* (Bishop). [f] positis *c.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 997. [2] Cf. Jaffé ed. sec. 998.

558 Sept. –560. cipem a Christo Deo nostro ecclesiam esse fundatam, et ita fundamentum,[a] ut porte adversus ipsam inferi prevalere non possunt?[1] Quod si legeras, ubinam preter ipsum esse credebas ecclesiam, in quo uno omnes scilicet apostolice sedes[b] sunt? Quibus pariter sicut illi, qui claves acceperat, ligandi solvendique potestas indulta est?[2] Sed idcirco uni primum quod daturus erat, etiam in[c] omnibus dedit, ut secundum beati Cipriani martyris, id ipsum exponentis, sententiam una esse monstretur ecclesia. Quo ergo tu, karissime iam in Christo, ab ista divisus errabas, vel quam salutis tue tenebas spem?

---

29. *Pelagius I Amabilis et Leontii episcoporum protectioni Andream et Iohannam, in eorum dioecesibus habitantes, commendat.*[3]

Coll. Brit. Pel. ep. 27, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 29.

558 Sept. –560. Amabili et Leontio episcopis.[d] Andreas et Iohanna porrecta[e] nobis peticione, que habetur in[f] subditis, tuitionis se aecclesiastice, salva tamen iusticia, postulant[g] auctoritate muniri, idque per vestram fieri desiderant caritatem, in quorum se etiam diocesibus habitare commemorant. Fraternitas igitur vestra, presenti auctoritate suscepta, tuicionem eis ecclesiasticam, salva in omnibus iusticia, impendere non moretur, maxime quia de statu suo sibi moveri iniustam queruntur questionem; in quibus negotiis se ecclesiastice misericordiae et solet et debet commendare presidium.

30. *Pelagius I Iohanni defensori praecipit, ut Secundum, episcopum Taurominitanum, ob apostolicae et propriae sedis incuriam, pallio uti vetet. Post pascha episcopum ad sese venire vult.*[4]

Coll. Brit. Pel. ep. 28, l. l. fol. 29.

558 Sept. –560. Pelagius Iohanni defensori. Quoniam Secundus[5] Taurominitane civitatis episcopus non[h] actuum suorum ingnocentia confisus, sed superbe magis contumatia mentis elisus, ecce iam transacto Deo propitio fere triennio, quod sedis apostolice etsi indigni, tamen largiente et propiciante Deo suscepimus curam, ne dignatus quidem, utrum viveremus, addiscere, sed causis ac negotiis quibus sibi com-

[a] *sic cod., melius videtur* fundatam. [b] sedis *c.* [c] in *supervacuum esse puto.* [d] episcopi *c.* [e] porecta *c.* [f] in *bis in cod.* [g] postulat *c.* [h] nos *c.*

[1] Matth. 16, 18. [2] Matth. 16, 19. [3] Cf. Jaffé ed. sec. 999. [4] Cf. Jaffé ed. sec. 1000. [5] De hoc vide Ewald in Neues Archiv V. 548 n. 2.

petit occupatus, remisso pudoris freno, vagari se[a] credit in tantum, ut in sua[b] prope numquam inveniatur aecclesia;[c] idcirco experiencia tua pallium quidem ei ne utatur omnimodis interdicat; ipsum etiam post diem sanctum pasce, ut nostris obtutibus presentetur congrua executione conpellat, quatinus disciplinam, quam hucusque despexit, non solum ad suam, verum etiam ad aliorum emendationem conpetenti censura cognoscat. 558 Sept. –560.

---

31. *Pelagius I Opilioni defensori mandat, ut adveniente episcopo Catinensi Marum presbyterum in „eodem" monasterio abbatem faciat aut Cresciturum diaconum ibidem restituat. Non licere monachis, pro suo arbitrio abbates expellere aut ordinare, addit.*[1]

Coll. Brit. Pel. ep. 29, l. l. fol. 29[b].

Opilioni defensori. Experientie tuae presentibus mandamus affatibus, ut veniente aecclesiae Catinensis episcopo aut eundem Marum presbiterum in eodem facias[d] monasterio senodochyoque per eos, quos Saturninus illustris memorie vobis presentibus presentaverit, abbatem fieri, aut Cresciturum diaconum ibidem reformari, nullam potestatem *cet. ut in Gratiani decr. C. XVII qu. 2. c. 9.* 558 Sept. –560.

---

32. *Pelagius I Agnello, episcopo Ravennati, delinquentes mansuetudine corrigendos esse scribit.*[2]

Coll. Brit. Pel. ep. 35, l. l. fol. 30[b].

Agnello episcopo.[3] Nosti enim, frequenter mansuetudine corrigi etiam delinquentes et, ut deinceps peccare non libeat, beneficiis optineri. Sic etenim gubernatores animarum necesse est agere, ut duplici benignitate et sanari perveniant et per affectum solidari. Hi, quos in nostra manu regendos suscepimus, possint remittere[e] etiam nobis penitentibus,[f] quod, si nos cessaremus, sacerdotale te facere compellebat officium. 558 Sept. –560.

---

33. *Pelagius I Paulino episcopo iterum quaerenti, num in monasterio S. Iuliani, remotis monachis schismaticis, presbyterum ordinare debeat, respondet.*[4]

Coll. Brit. Pel. ep. 55, l. l. fol. 34[b].

Paulino episcopo. Preterito anno tibi credimus iniunxisse ea, 558 Sept. –560.

[a] *addendum videtur* posse. [b] suam *c.* [c] aecclesiam *c.* [d] facies *c.* [e] remitere *c.* [f] *locus sine dubio corruptus.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 1001. [2] Cf. Jaffé ed. sec. 1007. [3] Ravennati, cf. Neues Arch. V. 547 n. 1. [4] Cf. Jaffé ed. sec. 1027.

558 Sept. –560. que nos nuper transmissis litteris quasi noviter consuluisti, ut et in monasterio sancti Iuliani debeas ordinare presbiterum, remotis his monachis[a], qui ad perseminanda scandala ab ecclesiastica se communione suspenderunt; et in tua nos dedisse recolimus potestate, utrum in eo[b] voluisses ordinare presbiterum, an certe tuum peculiariter titulum reservare.[c]

---

34. *Pelagius I Basilio et Ocleatino defensoribus mandat, ut Iohanni consuli, Paulinum pseudoepiscopum capere iusso, assistant.*[1]

Coll. Brit. Pel. ep. 56, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 35.

558 Sept. –560. Basilio et Ocleatino[d] defensoribus.[e] Iohanni viro glorioso exconsuli[f], filio nostro, talia scripta direximus, ut speraremus ab eo, quatinus Paulinum pseudoepiscopum[2] et detineri per suos homines faciat, et ad nos usque transmittat.[g] Sed ne hoc sola militaris manus sine ullo aecclesie adminiculo facere videatur, experientiam tuam[3] ad eamdem causam duximus destinandam.

---

35. *Pelagius I Iohannem magistrum militum iterum rogat, ut Paulinum pseudoepiscopum et presbyteros quosdam et diaconos ad sese adduci faciat; quo in exequendo defensores sedis apostolicae ei auxilium porrecturos esse, addit.*[4]

Coll. Brit. Pel. ep. 57, l. l. fol. 35.

558 Sept. –560. Iohanni magistro.[5] Petimus, ut Paulinum talem pseudoepiscopum,[6] de quo vobis iam et ante hos dies scripsi, per glorie vestre data homines opera teneri et ad nos abduci pio faciatis studio.

Item. Sed presbiteros et diacones, quos vobis presentium portitor, quem ad vos fiducialiter pro sanandis totius cause vulneribus destinavimus, supplici subgestione insinuaverit teneri, vel eidem episcopo subici vel, ut ad nos dirigi possint, vestra excellentia iubeat providere. Ut autem hoc facilius possit impleri, etiam Basilium atque Ocleatinum,[h] sedis nostre defensores, deputavimus, qui eos una cum hominibus glorie vestre ad nos debeant Deo propitiante perducere.

[a] monachi *c.* [b] meo *c.* [c] *sic scripsi pro* reservares *cod.* [d] Basilo et Oclatino *c.* [e] defesoribus *c.* [f] et consuli *c., cf. Ewald in Neues Archiv V. 557.* [g] transmitat *c.* [h] Latinum *cod., sed vide ep. praecedentem.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 1028. [2] Forosemproniensem, cf. Jaffé ed. sec. 952. [3] In sing., quia ad utrumque solum epistola data erat. [4] Cf. Jaffé ed. sec. 1029. [5] militum, cf. Jaffé ed. sec. 952. [6] Forosemproniensem.

36. *Pelagius I Helpidio episcopo scribit, sese litem inter eum et Anastasium, praedecessoris filium, Leoni praetori terminandam commisisse, ne ecclesia Catinensis „suspecto iudicio laboraret.“ Paulum diaconum aliosque clericos, in ordinatione ei contrarios, commendat.*[1]

Coll. Brit. Pel. ep. 58, l. l. fol. 35.

Pelagius Helpidio episcopo.[2] Quia post multos tuae decessionis[a] dies veniens sepe dictus Anastasius, decessoris tui filius, et preceptionis nostre formam seriemque cognoscens, deputatos a nobis in eodem precepto iudices vel ceteros, quos asseruit conspiratos, se reclamavit habere suspectos, et legalia cauta pretenderet,[b] que suspectum permittunt declinari iudicium, provida nos cautela tractantes, ne rursus ecclesia Catinensis suspecto iudicio laboraret, congruum fore perspeximus, ut filio nostro magnificio[b] viro Leoni pretori[c][3], de cuius fide, de cuius integritate nichil habemus ambiguum, residentibus cum eo propter iuris legumque noticiam, qui[d] neutrae[b] parti haberentur suspecti,[e] cognicionis huius mandaremus officium. 558 Sept. –560.

Item. Illud quoque presentibus dilectionem tuam hortamur affatibus, ut sive Paulum diaconum sive alios eiusdem ordinis vel inferioris gradus clericos aliosque diversis officiis ad Catinensem aecclesiam pertinentes, qui in ordinatione tua diversa habuisse noscuntur studia, quia non solum nova ista non sunt, verum frequenter eveniunt,[f] totius ex eadem causa ingratitudinis simultate deposita in locis suis sacerdotali caritate recipias. Et sicut unumquemque *cet. ut apud Deusdedit Coll. can. L. III. c. 116.*

---

37. *Pelagius I Agnello episcopo mandat, ut schismaticos quosdam, nisi intra decem dies ad unitatem ecclesiae catholicae redierint, excommunicet.*[4]

Coll. Brit. Pel. ep. 60, l. l. fol. 35[b].

Pelagius Agnello episcopo.[5] Apostolicae auctoritatis *cet. ut in Gratiani decr. C. XXIV qu. 3. c. 13.*[g] 558 Sept. –560.

Gemens etiam gravi cum fletu optat abscidi eos, qui conturbare deprehenduntur aecclesiam, ita manifeste[h] ad Galathas[i] dicens: *Utinam et abscidantur, qui vos conturbant.*[6]

[a] ce *in cod. superscriptum.* [b] *sic cod.* [c] *sic recte scripsit Ewald in Neues Archiv V. 558. n. 3 pro* preceptori *cod.* [d] qui *superscriptum.* [e] haberetur suspectus *cod.* [f] eve *in rasura positum.* [g] *ubi male praebetur:* Pelagius papa Angellio ep. [h] manifestae *c.* [i] Calathas *c.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 1030. [2] Catinensi, cf. Deusdedit L. III. c. 116 ed. Martinucci p. 293. [3] Siciliae. [4] Cf. Jaffé ed. sec. 1032. [5] Ravennati. [6] Gal. 5, 12.

558 Sept. –560. Item. Si forte cor eorum, Deo[a] qui potens est miserante, fuerit emollitum, ad catholicam sine sui dampnatione[b] ecclesiam redire festinent. Si vero huiusce benignitatis providentiam[c] perdurantes[d] in scismate abuti voluerint, perpetue etiam fraternitatis tuae sententia[e] ab ecclesia abscisionis pena multentur, omni post hanc et episcopalis honoris atque auctoritatis dignitate privati, ab eius corporis communione vere seclusi, cuius se sacrificantes in scismate unitatem professi sunt non tenere. Sed ne tempus, quod sustinere debeas, postquam eis[f] presens nostra iussio innotuerit, forte perquiras, decem dierum spatium, a beatae memorie Celestino Nestostorius, cuius istic dogmata et sotios tuentur accipere,[g] istis etiam reservatum[h] esse[i] cognosce;[k] intra quos si unitati se catholice reddere detrectaverint, supra scripta et apostolice sedis auctoritate, sicut dictum est, a tuae fraternitatis[l] multentur sine dubitacione sententia.

---

38. *Pelagius I Segetium de Secundi episcopi Tauromnitani incuria erga sedem apostolicam certiorem reddit.*[1]

Coll. Brit. Pel. ep. 65, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 35[b].

558 Sept. –560. Pelagius Segetio. De Secundo vero Tauromnitane[m] civitatis episcopo[2] minime te dissimulare decuit supercilium contempnentis, ut, inpleto cum Dei gratia a die ordinationis nostre ecce triennio,[n] nullo modo suam voluerit conspectui nostro adesse presentiam, aut litteris aliquando vel certe verbo saltim, si venerimus,[o] inquirere.

---

39. *Pelagius I Severo episcopo Camerino mandat, compellat Albinum negotiatorem, nunc clericum, ut ecclesiae Turinati ministeria sacra, a presbyteris eius paucis solidis acquisita, restituat.*[3]

Coll. Brit. Pel. ep. 70 (et 71), l. l. fol. 37 vo.

558 Sept. –560.[4] Pelagius Severo episcopo Camerino. Iocundus[p] presbiter Turi-

[a] deus *c.* [b] damptione *c.* [c] *sic c.* [d] *aliena manus adiecit* s *in fine.* [e] sentia *c.* [f] ei *c.* [g] *Locus hic certe corruptus est.* [h] reversatum *c.* [i] *supra linea additum.* [k] cognose *c.* [l] *primitus in cod.* fraternitate, *cui alia manus addidit* s. [m] Tauromitane *c.* [n] a triennio *c.* [o] *sic cod.; an* viveremus? *(Bishop)* [p] *Licet ea, quae sequuntur, in indice coll. Brit. duobus his titulis memorenter:* CXXXII de Iocundo presbitero; CXXXIII de rebus ecclesiae retinendis dato precio, *et in textu iidem numeri repetantur, non ex duabus epistolis, sed ex una sola exscripta esse, et argumentum probat et inscriptio nonnisi semel notata.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 1037. [2] Cf. supra ep. 30. [3] Cf. Jaffé ed. sec. 966 ad a. 555—560. [4] Quia ex iisdem registri voluminibus, ac praecedentes Pelagii epistolas, exscriptam eam esse, puto.

natis[1] ecclesiae, quem ad diocesim Spoletanam noscitur pertinere, 558 Sept.
nobis porrecta peticione suggessit, a decessoribus suis, aecclesie cui —560.
nunc preest presbiteris, sacra ministeria,[a] solidis paucis acceptis, Albino cuidam negotiatori data esse[b], qui nunc in ecclesia caritatis tue in officio esse dicitur clericatus; et licet nec legum vel canonum ratio patiatur, aecclesiastica vasa privatis utilitatibus excepto[c] captivorum redemptionibus usurpari vel quibuslibet oppignorari[d], se tamen, qui debebantur solidi, reddere fuisse paratum, et illum[e] pravo spiritu minime ea, que aput[f] se habebat, vasa restituere voluisse.

Presenti auctoritate decernimus, ut[g], omni veritate quesita, absque ulla dissimulatione, que in brevi ablata[h] de ministeriis supradictae aecclesie sepedicto clerico tuo quocumque modo data compereris, recepto debito, facias sine mora restitui. Sed et dilectionem tuam tam suis querimoniis quam pontificis sui, fratris et episcopi nostri Paulini, Spoletane civitatis antistitis, litteris frequenter admonitam[i] magis quam non credimus memorato detentatori studium defensionis impendere[k] . . . . .

---

40. *Leo IV iudicem Sardiniae rogat, ut sibi Sardos pueros vel iuvenes cum armis mittat. Petit, ut lanam marinam ad vestes pontificales fabricandas necessariam emat. Presbyteris inordinate promotis munere sacerdotali fungi licere, addit.*[2]

Coll. Brit. Leon. ep. 17, l. l. fol. 165.

Leo iudici[1] Sardinie. Celsitudinem vestram *cet. ut in Ivonis decr.* 851 in.
X. c. 86.[m]

Item. Si apud sublimitatem *cet. ut in Neues Archiv V. 383.*

Item. Missi vestri consuluerunt auctoritatem nostram, quid de presbiteris et ceteris gradus alterius clericis, qui ab episcopo inordinate sunt promoti, fieri debeat: utrum debeant omnino sacerdotalibus fungi officiis an non. Super quo respondemus, quoniam a beatissimo predecessore nostro Anastasio papa[3] sententia probata est super his, quos Achatius ordinavit, quod qui in sacris studiose

[a] misteria *c.* [b] dedisse *c.* [c] *idem ac „praeterquam."* [d] *sic recte corrigit Bishop* opponi *cod.* [e] ille *c.* [f] *in cod.* apĭt, *sed* i *puncto supposito deletum.* [g] ut aut *c.* [h] *sic alia manus correxit* oblato *in cod.* [i] admonitum *c.* [k] impenderis *c. Sequuntur in cod., transcribentis errore, verba:* Presenti auctoritate decernimus *cet. ut supra usque ad:* . . . mora restitui. *Finis epistolae deest.* [l] iudicici *c.* [m] *pro Ivonis* armatos *codex Brit. rectius praebet* Sardos.

[1] Hodie Todi. [2] Cf. Jaffé ed. sec. 2611. [3] II. Cf. Jaffé ed. sec. 744.

851 in. quesierit canonibus et decretalibus pontificum, evidenter inveniet.[a] Huius apostolica sedes prolationem et nos ipsi suscipimus, veneramur atque confirmamus, eodem ipso Anasthasio papa dicente: Mali bona ministrando sibi tantum non aliis nocent; et rursum: Sive a fure sive ab adultero aliquis aurum vel margaritas accipiat, tamen ad percipientem munus pervenit illibatum. Ille tantum, qui accipit, de propriis videat conscientiis et existat securus.

---

41. *Leo IV Petro (legato ?) de criminibus Vernaldi episcopi scribit. Addit, si ipse regulam canonicam infregerit, ceteros ecclesiae doctores peiora committere non verituros esse.*[1]

Coll. Brit. Leon. ep. 24, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 167.

853. L(eo) Petro l . . .[b] Perlectis litteris *cet. ut in Neues Archiv V. 387.*

Item. Si nos, qui pre cunctis, licet inmeriti, orbis terre presulibus honore et vice fungimur, quod non optantes proferimus, regulam auctoritatis[c] canonice frangimus et violamus, caeteri doctores aecclesie, nostro non congruo eruditi exemplo, peiora committere non formidabunt.

---

42. *Leo IV Iohanni Caralitano praecipit, ut altare S. Archangeli, ab heretico consecratum, funditus evertat iterumque constituat ac benedicat.*[2]

Coll. Brit. Leon. ep. 32, l. l. fol. 168.

850–854. Iohanni Caralitano episcopo. Vobis[d] respondere curavimus de ecclesia sancti Arcangeli, que sita in predio[e] Lustrensi a quodam Arsenio archiepiscopo, heretico errore decepto, consecrata videtur; cuius altare vos destruere funditus precipimus, novumque ibidem a solo propriis manibus aliud constituere. Atque, ut mos est ecclesiasticae regule, consecrare altare summopere[f] procurate.

---

43. *Leo IV Honoratum abbatem sub excommunicationis poena hortatur, ut „in modulatione et lectione" ritum Gregorianum in ecclesia receptum sequatur.*[3]

Coll. Brit. Leon. ep. 33, l. l. f. 168.

850–854. Honorato abbati. Res una *cet. ut in Neues Archiv V. 389.*

[a] eveniet *c.* [b] *bibliopega nihil nisi* l *reliquit, quod supplevit Ewald* legato. [c] aeto-ritatis *c.* [d] *in margine pro* v(obis) *additum est* n. [e] ita in pdio *c.* [f] sumopere *c.*

[1] Cf. Jaffé. ed. sec. 2637. [2] Cf. Jaffé ed. sec 2649. [3] Cf. Jaffé ed. sec. 2651.

Desposco, ne ab hac, summo[a] religionis capite, ecclesia, a qua 850–854.
nullus exorbitare vult, vel a tantis prefatis ecclesiis dissentire[b] paciamini, si ex toto pacem et concordiam universalis ecclesie habere diligitis. Nam si, quod non credimus, in tantum doctrinam nostram et tradicionem nostri sancti presulis exorrescitis, ut non per cuncta in cantilenis et lectionibus ritum nostrum sequamini, scitote, quod vos a nostra communione repellemus; quoniam convenit, vos ea sequi salubriter, que Romana ecclesia, mater omnium et magistra vestra, non spernit, sed appetit atque insolubiliter tenet. Idcirco sub exconmunicationis interpositione precipimus, ut nequaquam aliter, quam et sanctus papa Gregorius tradidit et nos tenemus, in modulatione et lectione in ecclesiis peragatis, totisque viribus perpetim excolatis et decantetis. Nam si, quod minime credimus, in alteram vos tradicionem preter hanc, quam vobis presentibus vel futuris peragendam duximus, reducere vel declinare quocumque modo conatus quis fuerit, non solum a sacro corpore et sanguine Domini nostri Iesu Christi alienum[c] eum fore precipimus[d], verum in perpetuo anathemate mansurum ob suae presumptionis audatiam nostra immo et omnium antecessorum nostrorum auctoritate sancimus.

---

44. *Nicolaus I episcopum quendam vituperat, quod Gerlandum presbyterum, inique accusatum, titulo officioque privaverit, licet causa eius haud canonice tractata esset. Mandat, ut in integrum eum restituat et, adhibitis quinque episcopis, quae obiiciantur, diligenter inquirat.*[1]

Coll. Brit. Varia II n. 131, l. l. fol. 210.

Noverit sanctitas tua, quia hic presentium lator Gerelandus, 858–867.
presbiter dioceseos tuae, apostolatum nostrum adiens questus est, quod quorundam vulgarium populorum iniquis fuisset criminationibus apud sanctitatem tuam impetitus, unde commotus[e] ab eo titulum, in quo canonice ordinatus fuerat, abstulisses, insuper a communione officii sui illum suspendisses. Quod si ita est, non nobis canonice actum fuisse, prorsus apparet: primum, quoniam non minus quam a sex episcopis audiri in causa[f] criminis presbiterum convenit; deinde, cum accusatores crimen illi nullum probaverint, nec ipse

[a] sumo *c.* [b] *melius videtur* dissentiri. [c] alienum *addidit Bishop.* [d] precepimus *c.* [e] comotus *c.* [f] in causa *bis in cod.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 2855. Nicolao I Bishop et Ewald ascripserunt epistolam hanc, auctoris nomine destitutam, quia inter alias eius epistolas apparet.

858–867. id minime proprio fuerit ore confessus, nec tituli nec officii debuit ullam sustinere iacturam. Nunc vero hac nostra apostolica auctoritate tibi precipimus, ut cum hanc nostram epistolam susceperis, mox, omnis tarditatis mora cessante, iam fato presentium portitori et proprii officii communionem et titulum suum reddere incunctanter procures, sicque demum iuncto[a] tibi integro numero collegarum[b], id est sex tecum episcoporum, causam illius diligenter inquiras, et si per idoneos[c] testes aliquo crimine convictus fuerit vel si sua sponte id manifestus[d] fuerit, poterit utique non tantummodo a titulo, sed et ab officio removeri proprio. Quod si de aliquo crimine accusatus est et convictus a quadraginta quatuor testibus non fuerit et ipse se hoc perpetrasse[e] negaverit,[f] superest, ut hic presbiter, positis sacrosanctis[g] euuangeliis, per ea solus iureiurando affirmet se coram sancto concilio[h] ab ipso crimine, quod illi obicitur, esse prorsus immunem, sicque[i] de illa calumpnia sibi illata cum sacerdotio et titulo suo maneat omnino securus. Agat igitur de hoc sanctitas tua, ut per hoc apostolatus noster non amplius[k] istius presbiteri denuo pulsetur querela et nostris diffinicionibus[l], sicut decet, obedienter obtemperetis.

---

45. *Iohannes VIII Bertarem, abbatem Casinensem, vehementer increpat, quod in epistola sua de vita Hadriani II improbe ac temere iudicare praesumpserit.*[m] [1]

Coll. Brit. Ioh. ep. 1, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 120.

872 Dec.–873 Mai. Iohannes VIII Bertari[n] abbati.[2] Epistola tue relligionis accepta diligentique curiositate scrutata, quasi zeli reperiris obtentu longius a tue professionis proposito recessisse, quin potius a christiane relligionis regula enormiter deviasse, dum scilicet improbe[o] vite decessoris nostri[3] derogare dinosceris, et ipsius quodammodo carnes rodere conprobaris. Quid enim detrahentes faciunt, nisi, ut proverbiator[4] innuit, carnes ad vescendum conferunt? Cum enim vitam hominum vituperationis morsibus laniant, quid aliud agunt, nisi

[a] iucto *c.* [b] collega *c.* [c] ideoneos *c.* [d] *sic cod.* [e] perpetsse *c.* [f] *sic in cod. eadem manus correxit ex* nequiverit. [g] sacrosancti *c.* [h] *haec verba ponenda videntur ante* affirmet. [i] si que *c.* [k] non amplius *add. Bishop. Ultima folii pars avulsa.* [l] diffinicio *codex hoc loco mutilus.* [m] *In coll. Brit. indice litterae hac sic notantur:* CXVIII. De eo qui abrogat Romane sedi. [n] *In Ivonis decr. IV. c. 102:* Berrario, Bercari. [o] *cave hoc adverbium conjungas cum dativo* vitae.

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 2954. [2] Casinensi. [3] Hadriani II. [4] 23, 20.

carnes eorum canino more decerpunt? Quanto ergo prestantius esset, te carnes porcorum quam carnes hominum mandere, et ab istis potius quam ab illis perpetualiter abstinere? Et certe apostolus te tuosque consimiles arguens dicit: *Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Suo domino stat aut cadit.*[1] Quod si super quolibet mortali sentiendum est, tu quis es, qui tanto pontifice talia perhibere presumis et temere de eo, qui migravit ad Dominum, iudicare contendis? 872 Dec.– 873 Mai.

Item. Absit autem *cet. ut in Ivonis decr. IV. c. 102.*[a]

---

46. *Iohannes VIII Honoratum abbatem rogat, ut Sindulfum presbyterum a regimine cellae Modiani solvat et in loco securiore in ministerio fratrum constituat.*[2]

Coll. Brit. Ioh. ep. 3, l. l. fol. 121.

Iohannes[b] Onorato[c] abbati. Sindulfus presbiter et ministerialis celle Modiani[d] missa peticione nos adiit, ut interventu apostolico de loco suspecti periculi per tuae largitatis benivolentiam commutetur. Ergo quia inter infestos ac inimicissimos absque certo animarum lucro servum Dei habitare non convenit, et tam beatus apostolus gentium predicator, ne sine lucro moreretur, in sporta per murum diffugit,[3] quam etiam sanctus Benedictus, monachice[e] vestrae discipline repertor, mores suos cum aliquorum moribus non convenire professus, locum dedisse racionabili prorsus intencione videtur, ne scilicet diabolo locus daretur, religiositatem tuam his apostolicis litteris exhortamur, ut pro amore Dei nostroque prefatum presbiterum, premissa duntaxat, si fortisan opus est, rerum satisfactione, a regimine suspiciose illius celle sequestrans, ubi racionabilius ac securius provideris in ministerio fratrum constituatur; quatinus in una eiusdemque hominis permutacione et huius securitas procuretur[f] et occasio sevientium perimatur[g] et devocionis tue obedientia circa sedem sanctam apostolicam, sicut nos credimus, palam omnibus indicetur. 872 Dec.– 873 Mai.

[a] *Pro Ivonis* Romani culminis *codex Mus. Brit. praebet:* tanti culminis. [b] *In indice notatur:* CXXII. De mutacione monachi facienda. [c] H *in margine additum pertinere videtur ad verbum* Onoratum. [d] Gellemodiani *codicis est in margine eadem manu scriptum.* [e] monachie *c.* [f] promutetur *primitus c.* [g] p^i^matur *c.*

[1] Rom. 14, 4. [2] Cf. Jaffé ed. sec. 2958. [3] Act. apost. 9, 25.

47. *Iohannes VIII Carolum regem monet, ut, cui debeatur, Ludovico imperatori regnum Lotharii reddat monitisque b. m. Hadriani II papae tandem obediat. Quae antecessor suus inceperit, ea totis viribus ad finem perducere sibi mentem esse, scribit.*[1]

Coll. Brit. Ioh. ep. 6, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 121[b].

872 Dec.–873 Mai.

Karolo regi.[2] Avidius et ardentius solito, que tua non fuerant, surripuisti et tibimet inflectere voluisti, adeo ut regnum pie recordationis Lotharii[3] quondam christianissimi principis, quod dilectissimo filio nostro piissimo imperatori Ludovico[4] ex paterno vel fraterno iure debeatur, hactenus teneas et, quasi tocius consuanginee affectionis oblitus, ius omne sibi conpetens non iure possideas . . . . . quasi[a] de re necessaria . . . . . Nos, qui eius[5] sollicitudinis, divina providentia, sicut sedis facti sumus heredes, te salubribus monendum affatibus ducimus, et a tanta iniusticia conpescendum opere precium arbitramur. Debemus quippe[b] in labore succedere, cui profecto, licet meritis impares, successimus in honore.[c] Neque enim pium studium eius convenit in nobis deficere, qui scilicet pro patribus nati filii[6] principatum aecclesie unum eumdemque cum illo percepimus. Non solum autem principatum, sed et pondus auctoritatis et tocius censuram iudicii atque digne factis animadversionis inferendae consecuti sumus illis,[d] qui non obaudiunt, potestatem; inprontum scilicet habentes, secundum apostolum, omnem ulcisci prorsus inobedientiam.[7]

Item. Si, quod non credimus pudoremque regium non decet, presentia pontificii nostri monita, que paterno a nobis proferuntur affectu, spernenda et non audienda iudicaveris, nos, auxiliante Domino, que fatus dominus et decessor noster sanctae memorie Adrianus papa cepit, nec tamen propter continuas infirmitates suas perfecit, totis consummare viribus satagemus. Quin potius et si necessitas imperarit, per nos accedentes, qui in spiritu lenitatis instruentes audiri despicimur, in virga, ut apostolice fateamur, venientes[8] auctore Deo supplebimus.

---

48. *Iohannes VIII Sophonestam feminam vituperat, quod contra spem viri defuncti „alienigenas viros appetat". Hortatur sub excommuni-*

[a] possideas non iure possidens quasi *cet. Sic in cod. Recte iudicat Bishop, hoc loco a librario vitiato, verba complura excidisse, in his nomen Hadriani, ad quem sequentia* eius sollicitudinis *sine dubio referenda sunt.* [b] quipe *c.* [c] honores *c.* [d] illis *add. Bishop.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 2961. [2] II, Calvo. [3] I. [4] II. [5] scil. Hadriani II. [6] Psalm 44, 17. [7] 2 Cor. 10, 6. [8] 1 Cor. 4, 21.

cationis poena, ut intra 20 dies aut legitimum matrimonium ineat aut sacrum velamen assumat aut ad sedem apostolicam accedat.[1]

Coll. Brit. Ioh. ep. 10, l. l. fol. 122[b].

Iohannes VIII Sophoneste feminae. Multorum relatione didicimus, te ad discidium patrie alienigenas viros appetere. Et cum debuisses, utpote post discessum benivoli tibi viri sub sacro velamine castimoniam profiteri, tu contra tui nominis famam contraque[a] fiduciam, quam in te vir tuus, qui te sibi heredem reliquit, dicitur absolvisse, in eisdem domibus ac prediis alienarum diceris gentium alienigenas copulas anelare. Quapropter, quia te super his iam constat fuisse apostolicis conventam epistolis, et non solum alienigenis nostratum copulas non permittimus[b], quin potius, si que contracte sunt, a domino serenissimo[c] imperatore karissimo filio nostro continuo dissociandas[d] esse iure sancimus, auctoritate Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum principum et nostra precipimus, ut, accepto viginti dierum spacio, aut ex nostratibus cum consensu Orbinantium[2] atque Callensium[3] virum legitima federatione suscipias,[e] aut, si fidem defuncto viro tuo servare[f] appetis, sub sacro velamine castimoniam carnis promittas, aut certe cum his, quibus te commisimus, in nostram presentiam venias, sciens, nisi intra prelatum placitum[g] aut virum aut sacrum velamen aut ad nos veniendi iter susceperis, te cum omnibus fautoribus tuis usque quo venias omni communione suspensam. 872 Dec. – 873 Mai.

---

49. *Iohannes VIII Ludovicum imperatorem, in monasterio Casinensi morantem, rogat, ut Adelpertum monachum ab iniuriis Bertarii abbatis tueatur.*[4]

Coll. Brit. Ioh. ep. 24, l. l. fol. 126.

Ludovico imperatori.[5] Quidam sane se monachus Dei servus Adelpertus nomine de monasterio sancti Benedicti[6] vobis commendavit et[h] pro defensionis gratia hoc nostre humilitati innotuit. Pro quo litteras ad abbatem eius Bertari studui destinare, quatinus suum honorem pro Dei amore et vestro, sicut primo habuit, 873 a. Sept.

[a] contramque contraque *c.* [b] *sic correxit Bishop* permittere *cod.* [c] Sic *Bishop pro* a dō serenissimo[q] *cod.* [d] dissociendas *c.* [e] suscipicias *c.* [f] servasse *c.* [g] *an* prefatum spatium *corrigendum?* [h] *sic supplevit Bishop* conmen *cod.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 2965. [2] Hodie Urbino. [3] Hodie Cagli prope Urbinum. [4] Cf. Jaffé ed. sec. 2981. [5] II. [6] Casinensi.

873 a. Sept. reddere non pretermitteret[a]; sed oblitus Dei timoris et nostrum utrorumque, non solum quia[b] his nostris monitis aurem accomodare contempsit, verum etiam eumdem Dei servum multis affecit contumeliis. Quapropter animadvertat gloria vestra, si sic superbus et contumax est, dum adhuc super eos estis, putas, quales erunt post vestrum discessum. Queso tamen, ut eundem Adelpertum adiuvare dignemini, ut merito gaudeant omnes, qui ad vestrum confugium veniunt; quoniam ecce, iam cum per tres vices pro predicto epistolas misissemus, nobis omnino obedire neglexit. Ideoque, nisi hoc continuo emendaverit, extra aecclesiam eum extorrem faciemus.

---

50. *Iohannes VIII principes Sardiniae hortatur, ut captivos paganis a Graecis ereptos non servitutis iugo submitti, sed liberos abire sinant.*[1]

Coll. Brit. Ioh. ep. 26, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 127.

873 c. Sept. Principibus Sardinie. Filii dilectissimi, unum est, unde vos modicum paterno more debeamus monere; quod nisi emendaveritis, grande peccatum incurritis, et ob hoc, sicut speratis, non lucra sed magis vobis dampna augebitis. Igitur Grecorum studiis, sicut didicimus, multi a paganis captivi sublati in vestris partibus venundantur et a vestratibus empti sub iugo servitutis tenentur; cum constet pium et sanctum esse, veluti Christianos decet, ut, cum eos vestrates ab ipsis Grecis emerint, pro amore Christi liberos esse dimittant, et non ab hominibus sed ab ipso domino nostro Iesu Christo mercedem accipiant. Unde vos exhortamur et paterno amore precipimus, ut, cum captivos aliquos ab ipsis redemeritis, pro salute anime vestrae[c] liberos eos abire sinatis.

---

51. *Iohannes VIII Populoniensi (?) episcopo scribit, archiepiscopum, qui Constantinum episcopum sine licentia apostolica ordinaverit et de ieiunia sabati quatuorque temporum celebratione a Romana ecclesia dissentiat, vehementer arguendum esse.*[2]

Coll. Brit. Ioh. ep. 27, l. l. fol. 127.

873 c. Sept. Populoniensi[d] episcopo. Prefatus archiepiscopus,[3] qui eundem Constantinum[4] episcopum temere ordinare, quia modica fuit civitas,

[a] pertermitteret *c.* [b] quia *videtur superfluum.* [c] nostre *c.* [d] *sic legendum esse putat Ewald ap. Jaffé ed. sec. 2984 pro* Pleronensi *codicis.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 2983. [2] Cf. Jaffé ed. sec. 2984. [3] Ravennas? (Ewald.) [4] Ferrariensem? (Ewald.)

nostra sine auctoritate presumpsit, non mediocriter arguendus est, 873
quare a capite, hoc est a sede sancti Petri dissentiat, et quare de c. Sept.
ieiunio sabati vel de celebracione quatuor temporum pertinaciter agat, cum et de ieiunio omnis sabati beatus papa Silvester Grecos convicerit et apostoli sexta feria et sabato ieiunaverint et sanctus papa[a] Innocentius super hoc capitulum in suis decretalibus instituerit.

---

52. *Iohannes VIII ecclesiae G. cuidam, languescente episcopo, commissae discrimina dolet. Attamen alium inibi antistitem constitui non licere scribit, nisi episcopus aut a vita discesserit aut ante synodum, sese episcopali munere ulterius fungi non posse, rationabili causa exposuerit.*[1]

Coll. Brit. Ioh. ep. 28, l. l. fol. 127.

G (?)..... Litteras tuae dilectionis, quodam presbitero defe- 873
rente, suscepimus et, quanta ecclesia tibi ad regendum commissa c. Sept.
paciatur[b] discrimina cognoscentes, nimium perdoluimus. Quippe que, sicut asseveras, iam a multo tempore, episcopo, qui ei[c] preesse dicitur, semivivo membris omnibus destituto ac sensu iacente, sine episcopali ministerio extitit et sine christianitatis officio quasi viduata consistit. Unde quia nos consulere decrevisti, quid te oporteat agere,[d] nosse devotionem tuam volumus[e], quia paternas tradiciones inviolabiles conservare studentes aliud consilium interim non invenimus, nisi ut tandiu sustineas, quamdiu aut ipse episcopus spiritum exhalet extremum, aut certe synodice profiteatur, se episcopale non posse peragere ministerium, racionabilem causam exponens. Alias[f] autem, ut uno vivente episcopo alius in eius loco subrogetur, nec canonica auctoritas dictat nec consuetudo huius Romane aecclesiae demonstrat nec ipsa nostra meminit aetas. Quocirca si divino iudicio unum e duobus predictis acciderit, tunc rite Domino annuente consecrari canonice poteris et apostolica auctoritate benedictionibus episcopalibus decorari.

---

53. *Iohannes VIII clero Salernitano nuntiat, sententiam in Lupenandum presbyterum cassatam esse, quia nemo ante audientiam iudicari deberet. Praecipit, ut „cum Salerni episcopus fuerit consecratus“ causa*

[a] pappa *c.* [b] *cod. iterum praebet* ecclesia. [c] et *c.* [d] agaere *c.* [e] volumus *recte addit Bishop.* [f] alia *c.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 2985.

illius rite tractetur. Addit de presbyteris tempore Nicolai I excommunicatis.[1]

Coll. Brit. Ioh. ep. 32, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 128.

874 in. Clero Salernitano.[a] (L)upenandum presbiterum, quem, captata auctoritate kanonica[b], a suo tantum episcopo vel a compresbiteris putatis esse depositum, tantum interim iudicamus ab in se data sententia esse immunem, quantum talis presumptio, nisi apostolica misericordia preveniret, non debuerat esse inulta; tamen, quia nemo ante audientiam iudicari debet, adiunctis sex episcopis cum episcopo proprio, aut a testibus convictus aut iudicari debet presbiter quodcunque confessus. Verumtamen contra sacros[c] canones in eum, ut diximus, illatam sentenciam cassatam esse, penitus sancientes, eumdem presbiterum proprio honori et gradui restituimus et ei omnem interim ministrandi licenciam tribuimus. Sane si fuerit, quod illum accuset, quia sicut eum iniuste dampnari nolumus, ita et approbacione criminis illum iustificare contempnimus, cum vobis episcopus fuerit consecratus, tunc adiuncto sibi certo numero collegarum ipse presbiter aut convictus dampnetur aut, si innocens[d] repertus fuerit, causa eius canonice terminetur, quia non statim qui accusatur reus est, sed qui convincitur criminosus. Porro de illis *cet. ut in Ivonis decr. XIV. c. 35, cet.*

54. *Iohannes VIII Bermundo archiepiscopo scribit, Audgarium episcopum ad sese venisse, nullum vero accusatorum eius. Episcopum in honoribus et rebus suis permanere iubet, donec utraque pars ad sedem apostolicam accesserit. Presbyteros ei infestos coërcendos esse.*[2]

Coll. Brit. Ioh. ep. 39, l. l. fol. 131.

874—875 in. Iohannes VI(II) Bermun(do) archiep(iscopo).[3] De prefato episcopo[4] significasti, ut, qui iam apud nostram apostolicam sedem utcumque est accusatus, nostre presentiae cum suis accusatoribus audiendus presentaretur. Sed cum, eodem episcopo presentato,[e] nullum, qui eum accusaret, conspiceremus, quid aliud datur intelligi, nisi ut, qui subterfugere nostram presentiam voluerint, ipsi sibi sunt conscii,[f] quod adversus iam dictum episcopum iustam querimoniam

[a] *Inscriptionem hanc restituit Ewald in Neues Archiv V. 308 ex Ivonis decr. XIV. c. 35. Cod.:* cl . . . . arel . . . . [b] *cod. iterum habet* auctoritate. [c] sacro *c.* [d] ignocens *cod., sed dimidium literae* g *erasum.* [e] praesatato *c.* [f] conscii *add. Bishop, qui hoc aut simile verbum excidisse recte iudicat.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 2992. [2] Cf. Jaffé ed. sec. 3001. [3] Ebredunensi. [4] Audgario, vide ep. sequentem.

non habuerunt? Tamen nisi utraque pars nobis fuerit presentata, 874–875
quid interim deliberemus super hac causa usque in finem minime in.
patet.

Item. Interim tamen[a] iam dictus episcopus tam in honoribus quam et in rebus sibi commissae ecclesiae existat illesus, quia cum nemo ante audientiam iudicari debeat, multa dicuntur illi contra iusticiam imponi incommoda, precipue cum ab infamis persone hominibus accusari non possit et, postquam sedem apostolicam appellavit, alienis iudiciis submitti non debeat. Quocirca volumus ut ex omni parte lex et iusticia conservetur, quatinus nec iste a non idoneis personis accusetur iudicandus, nec de obiecto crimine contra iusticiam excusetur iustificandus. Potius autem iubemus, ut tam[b] presbiterum, qui ei infestus Deo contempto proh dolor extitit, quam Danielem et alios presbiteros, qui contra eum accusaciones dicuntur, quod non debent, ingerere, cum severitate convenias; et nisi resipuerint et a prava intentione recesserint, canonicis correctionibus subactos non immerito sancta communione usque ad nostram presentiam prives.

---

55. *Iohannes VIII Bosoni comiti eadem, quae superiore epistola, de Audgario episcopo nuntiat hortaturque, ne in ministerio peragendo eum impediat ac possessiones ecclesiae ab Ariberto comite donatas retineat.*[1]

Coll. Brit. ep. 40, l. l. fol. 131[b].

(Bos)oni[c] comiti.[2] Audgarius[d] venerabilis episcopus olim apud 874–875
sedem apostolicam utcumque accusatus nostram presentiam adiens[e] in.
de his, que ab accusatoribus suis sibi obici dicebantur, se[f] reddidit innocentem; videlicet quia nec accusatores illius iuxta sacros canones affuerunt, nec, si adessent, ab illis accusari posset, quod et servilis condicionis dicuntur obnoxii et infamiae notari possunt reatu. Nos enim hunc ante audientiam dampnari non[g] patimur, quia unam partem sine altera iudicare non possumus nec debemus; sed interim moleste accipimus audientes, tam in eum quam in res sibi commisse ecclesiae multa inferri, precipue cum ignominiose tractetur et a sibi subiectis diverso modo laceratus existat, adeo ut a vilibus hominibus[h] non solum persone sue parentur insidiae, verum et omnis

[a] tam *c.* [b] tam *add. Bishop.* [c] . . . . oni comiti *c. Inscriptionem recte, ut videtur, restituit Ewald in Neues Arch. V. 311.* [d] A *in margine est additum.* [e] adhens *c.* [f] set *c.* [g] n. *cod.* [h] homibus *c.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 3002. [2] Provinciae. (Ewald.)

874–875 in. episcopalis dignitas subtrahatur; qui et si iuste forsitan criminatur, non debet ante audienciam nec honoribus nec rebus suis nudari, donec, tam ipso accusato quam eius accusatoribus simul coram nobis aut, quia sedem nostram appellavit, coram missis nostris exhibitis, legitimum[a] causa finem accipiat. Interim autem iubemus, ut omni honore et suorum dispositione[b] sine impedimento utatur, ut ecclesiasticam retinens potestatem nulla in aliquo[c] sustineat detrimenta; quia, cum nos nec eum de crimine excusare, nec de innocentia condempnare velimus, si ante audientiam male tractatur, tantum ne deinceps sit[d] interdicimus, quantum libraminis lance cuncta ponderare iubemur, non declinantes ad dexteram nec ad sinistram. Postremo diceris inter alia, ut non solum ipsi episcopo ad suum ministerium peragendum impedias, sed etiam ....[e], quas sue aecclesiae Aribertus comes donaverat, occupatas retineas; quas iubemus continuo ipsi aecclesie reddere, ne videaris quidem, non zelo iusticie sed invidie et avaricie facibus accensus, episcopi velle innocentiam maculare.

---

56. *Iohannes VIII Ludovico (II) imperatori de quodam (principe Greco?) excommunicato scribit, qui nova prioribus flagitiis addens legatos S. Petri recipere recusaverit. De eius impudentia fore ut in synodo iudicetur et Cpolitanus aliique patriarchae certiores reddantur.*[1]

Coll. Brit. Ioh. ep. 43, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 132[b].

874–875 in. Ludovico imperatori. Mortuus est, qui et prius nec dura synodalis excommunicationis verbera sensit et nunc apostolice sedis vitae pocula, instar aspidis surdae et obturantis aures suas nec exaudientis voces incantantium predicantium, recipere recusavit;[2] quin potius nova excogitavit et nostris temporibus inaudita, dum scilicet beati Petri legationem respuit et indignam suis obtutibus iudicavit, Michaelem[f] dumtaxat Grecorum imperatorem secutus, qui similiter apostolice sedis missos Constantinopolim destinatos non recipiendo etiam paganorum excessit tirannidem. Sed licet ipse tante sedis suscipere parvipenderit viros, tamen sancte memorie Nicolaus[3] tunc papa predecessor noster ad eum iterato mittere distulit,[g] nec

[a] legitimu *c.* [b] disposione *c.* [c] inliquo *c.* [d] *pro* sit *legendum esse puto* fiat. [e] possessiones *aut* terras *aut simile verbum hoc loco excidisse patet.* [f] Michahel quondam Grecorum — trucidari permisit *exstat etiam ap. Deusdedit Coll. can. IV. c. 102. ed. Martinucci p. 417.* [g] non distulit *legendum putat Bishop.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 3005. [2] De Devigili (Jaffé 2959) cogitat Ewald. [3] I.

divina vindicta tante sedis contemptum diutius inultum dimittere 874–875
pertulit; quem scilicet amara gladii morte ab emul(is) trucidari per- in.
misit. Quia igitur homo iste tam audax et temerarius predictum imperatorem in tante novitatis presumptione sectatus est, debet profecto ei et in pena quoque etsi forte non corporalis saltem spiritalis mortis effici similis[a], cuius videlicet est nequam imitatus exemplum. Non ergo differemus, non utique omittemus, condignam tante inpudentiae inferre vindictam. Sed congruo tempore nec dilato, sacro celebrato conventu, facile previdebimus, quod et quale tanto vulneri resecando sit cauterium adhibendum, ut scilicet iuxta sancti patris Augustini magisterium novis morborum generibus nova reperiantur et medicine remedia. Qui cum digna pro factis receperit et aput nos tantus tirannus et violentus fuerit habitus, iustaque percussione punitus, diffamabimus hunc apud Constantinopolitanum et cetera patriarchia et divulgabimus et, quam sit sevus et impius, nunciabimus, ut scilicet post dampnacionem universalis aecclesie toto orbe talis habeatur et teneatur, qualis apud ecclesiam nostram habetur et retinetur.

---

57. *Iohannes VIII Andreae episcopo Florentino praecipit, ut Luponem presbyterum, quem sedem apostolicam appellantem incluserit, e custodia emittat.*[1]

Coll. Brit. Ioh. ep. 47, l. l. fol. 134.

Andree episcopo Flore(ntino). Presbiterum autem Luponem 875 in.
nomine, quem sanctam sedem apostolicam appellantem adprehendere et includere pervicaciter contra sacrum canonem presumpsisti, abire liberum dimitte; sciens quia, si quis non[b] obedierit[c], cogebitur[d] asperioribus canonicis institutis.

---

58. *Iohannes VIII episcopo Venetensi respondet, sacerdotem, qui homicidium fecerit, non posse in sacerdotio manere. Epistolam eius minus reverenter scriptam esse addit praecipitque ut, qui de hac re rationem reddant, sibi mittat.*[2]

Coll. Brit. Ioh. ep. 48, l. l. fol. 134.

Venetensi[e] episcopo.[3] Miror minus *cet. ut in Ivonis decr. VI.* 875 in.
c. 114, cet.

[a] aeffici simili *c.* [b] *in cod. superscriptum eadem manu.* [c] obediret *c.* [d] *sic c.*
[e] Uenetesi *c.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 3009. [2] Cf. Jaffé ed. sec. 3010. [3] Cenmenoco.

875 in. De cetero relegentes epistolae tuae textum, solitam a predecessoribus tuis sedi apostolice, cui divina gratia presumus, exhibuisse te reverentiam non invenimus, nec honorem debitum et ab omnibus Christum colentibus beato Petro scriptis semper oblatum litteris tuis te optulisse minime deprehendimus. Quapropter omnipotentis Dei beatorumque apostolorum Petri et Pauli auctoritate tibi precipimus, ut utiles ad nos tuos dirigas missos, qui de tanta presumptione atque audacia idoneam valeant racionem reddere et dignam pro te satisfactionem coram apostolatus nostri presentia demonstrare.

---

59. *Iohannes VIII episcopis Campaniae et Apuliae nuntiat, Landulfum Capuanum, qui cum Sarracenis foedus inierit, excommunicatum esse, quia ter ad synodum vocatus venire contempserit. Nisi usque ad diem 29 m. Iunii de obiectis criminibus sese purgaverit, ab officio eum suspensum iri, minatur.*[1]

Coll. Brit. Ioh. ep. 54, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 136.

875 ante Iun. Episcopis Campaniae et Apuliae.[a] Sancti Niceni concilii[b] statutum capitulis esse, vestra sanctitas novit, hos, qui abiciuntur, ab aliis recipi non debere, et ideo dilectionem vestram nolumus ignorare, Landulfum venerabilem Capuanum episcopum a nobis ad synodum pro diversis necessitatibus sancte Dei aecclesiae et maxime ut, quod cum[c] nefandissimis Sarracenis pepigit, monitis nostris dissolveret, tertio per missos et epistolam nostram vocatum, quia venire contempsit, a corpore et sanguine Domini nostri Iesu Christi vel communione ecclesiastica esse privatum, quousque videlicet coram nobis veniens fedus cum eisdem Sarracenis habitum omnino dissolvat et de sibi obiectis dignam satisfactionem exhibeat. Cui interim usque in natale apostolorum[2] istius octave indictionis[3], quo et peragere studeat, inducias dedimus, statuentes, ut si usque tunc causam suam non peregerit, noverit, se ab omni sacerdotali ministerio sequestrandum et anathematis vinculis innodandum, ita ut nequaquam locum satisfactionis aut spem futurae restitucionis inveniat. Idcirco monemus, ut nemo vestrum prefato[d] episcopo communicare presumat, ne cum eo pari excommunicatione teneamini colligati, quemadmodum sacri canones statuunt.

[a] *Inscriptionem restituit Ewald in Neues Archiv V. 315. Bishop legit* Epi . . . . . in (?) ac . . . . . et ap . . . . . [b] concelii *c.* [c] cum *addidi.* [d] pfato.

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 3016. [2] Iun. 29. [3] i. e. anni 875.

60. *Stephanus V electo Salernitano, qui sit episcopus „mercennarius", significat.*[1]

Coll. Brit. Steph. ep. 10, l. l. fol. 154[b].

..... (elec)to Salernitano.[2] (M)ercennarius esse veraciter comprobatur, qui potius lacte nutriri[a] et lanis vestiri appetit[3], quam Christi gregis curam gerere, ut confracta alliget, debilia corroboret et conservet pinguia. Et hoc ideo negligit, quia mercennarius est et non pertinet ad eum de ovibus.[4] 886 ex. – 887 in.

---

61. *Stephanus V Girardo episcopo Laudensi scribit, quomodo sit inimicis resistendum, hortaturque, ut Dei fidelibus auxilium porrigat.*[5]

Coll. Brit. Steph. ep. 12, l. l. fol. 154[b].

Girardo Leodicensi. Oportet *cet. ut in Gratiani decr. C. III. qu. 2. c. 3 usque ad verba:* vos[b] debemus opponere, habentes semper pre oculis, ad quod divina providencia[c] suam vobis in terris vicem contulit. Itaque qui vos de celo respicit suumque vobis confert[d] in terris tipum gerere, id a vobis exquirit, ut suis consulatis omni nisu fidelibus et, in quocumque posse tribuitur, manum porrigatis pacientibus necessitudinem. 886 ex. – 887 in.

---

62. *Stephanus V in Romanum archiepiscopum invehitur, quod contra canones successorem sibi eligere fecerit.*[6]

Coll. Brit. Steph. ep. 16, l. l. fol. 155[b].

Stephanus Romano archiepiscopo.[7] Quorundam relatu fidelium didicimus, quod, te superstite, contra statuta canonum successorem tibi eligere feceris, et decretum super hoc fieri tuorumque quorundam[e] sacerdotum ac laicorum manibus firmari enormiter consenseris, inmemor existens auctoritatis canonicae, que nullum sibi aliquem successorem eligere debere omnibus modis prohibet. 887–888.

Item. Nos statuta antecessorum nostrorum inviolabilia observare studentes, mandamus tibi et auctoritate apostolica modis omnibus interdicimus, ut, quod ex hac reprehensibili causa factum est, quod sacris videtur canonibus contrarium et sapientibus viris odibile, radicitus amputes et ita curiosius destruas[f], ut de cetero ne[g]

[a] nutrini *aut* nutrirri *c.* [b] *sic in cod. Brit. pro* nos *Gratiani.* [c] providenciam *c.* [d] confer *c.* [e] quorum *c.* [f] destrue *cod. eadem (?) manu est correctum in* destruas. [g] *an* nec *corrigendum?*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 3417. [2] Petro. [3] Ezech. 34, 3. [4] Ioh. 10, 13. [5] Cf. Jaffé ed. sec. 3419. [6] Cf. Jaffé ed. sec. 3435. [7] Ravennati.

887–888. quid inde iam fieri valeat, nec amplius in ecclesia tua dedecus crescat, nec amodo ad aures nostras[a] perveniat.

---

63. *Stephanus V Georgium patricium increpat, quod electum Tarentinum expulerit alterumque ibi intrusum ab ecclesia Cpolitana consecrari voluerit. Mandat, ut quem episcopum fecerit, eiiciat.*[1]

Coll. Brit. Steph. ep. 17, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 155[b].

887–888. Georgio patricio. (Q)ui sibi preesse in episcopum debuerat, canonice Tarentini elegerunt et ad sedem apostolicam, ad quam ecclesie illius pertinet consecratio, pro a nobis consecrando deferre voluerunt. Sed sanctorum canonum inmemor, qui[b], de una in alteram ecclesiam quemlibet eligi nullo modo debere, omnino[c] prohibent, eumdem electum violenter eiciens, alterum alterius ecclesie contra statuta canonica inibi eligi faciens, a Constantinopolitana ecclesia consecrari voluisti, licet hunc[d] Constantinopoleos ecclesia sciens, a sancta nostra, cui Deo auctore[e] presidemus, ecclesia consecrari debere eum, distulerit ordinare.

Item. Cum prudentiam tuam scire credamus, quoniam qui nec electus a plebe, nec a populo[f] expetitus nullo modo eligi aut quomodocumque debeat consecrari, ut sacri promulgant canones, ne descissio ecclesie fiat et oves Christi proprium non habentes pastorem incessanter diripiantur; quapropter nos, qui universalem per Dei gratiam curam suscipimus, monemus et apostolica auctoritate mandamus, ut tale quid statim emendetur et tua vis tuaque potentia a iure canonico eiusdem[g] Tarentine ecclesie expellatur, quatinus clero et plebi huius ipsius ecclesie iamiamque, postquam Deus omnipotens locum et tempus concessit, liceat tuo sine impedimento, quem utilem et ad hoc salubre opus regendum, divina favente clementia, providerint idoneum, unanimiter eligere.

---

64. *Stephanus V principi Salernitano de Petro electo, ad sese venire omittente, scribit.*[2]

Coll. Brit. Steph. ep. 21, l. l. fol. 156[b].

887–888. (Prin)cipi[h] Salernitano (W)amario. (S)i vester electus Petrus

[a] tuas *cod., sed eadem manus supra scripsit* nostras. [b] quod *c.* [c] omino *c.* [d] hanc *c.* [e] actorec. [f] aplo *c.* [g] *sequitur in cod. vox* tyrannide, *quam eadem manus signo crucis delevit.* [h] *Primae literae a bibliopega abscisae sunt.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 3436. [2] Cf. Jaffé ed. sec. 3440.

moram fecerit et venire omiserit, liceat clero et plebi eiusdem ecclesie, quem idoneum providerint, statim eligere ad saedem apostolicam pro sacrando deferre. 887–888.

---

65. *Stephanus V in Petrum electum Salernitanum invehitur, quod saepius ad consecrationem vocatus venire recusaverit. Quem cum plebe et clero omni ad sese accedere, iubet.*[1]

Coll. Brit. Steph. ep. 22, l. l. fol. 156[b].

(Pe)tro[a] electo.[2] (S)anctorum canonum transgressor et apostolicae censurae violator videris existere, cum sanctam Salernitanam ecclesiam tot retroactis temporibus invasam retineas, et a nobis sepius vocatus venire ad te consecrandum renueris[b]. Ecce pro tanta temeritate proprio privari ministerio debueras, eo quod electus venire, ut consecrareris, nolueris, sed ut mecus[3] ecclesiam illam retinere non formidasti, et a nobis excommunicatus olim, ut venisses, pariter venire neglexisti. Unde miramur, qua auctoritate quove tenore ecclesiam Domini invasam retines, nesciens quippe quod Christi ecclesia diu sine proprio pastore non debeat omnino existere. Quapropter apostolica pacientia usi monemus te, et auctoritate omnipotentis Dei et sanctorum canonum ac nostra hortamur, ut iamiam, omni amota excusatione, statim ad te consecrandum in nostram venire cum plebe atque clero omni matures presentiam. 887–888.

---

66. *Iohannes XI Wigfrido archiepiscopo Coloniensi significat, sese ad petitionem Landsuid abbatissae, monasterii S. Mariae et 11000 virginum, ab Herimanno archiepiscopo reparati, protectionem suscepisse.*[4]

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 9285. cop. saec. x.

Iohannes episcopus servus servorum dei reverentissimo confratri nostro Wigfrido sancte Coloniensis aecclesiae archiepiscopo seu cuncto clero et universo populo olim fatae sanctae Coloniensis aecclesiae, dilectis filiis nostris[c]. Pastorali moderamini decet[d] nos impertire[e], itaque congruum nostro apostolico postulari suppliciter cernitur et 931–936.

[a] *A bibliopega mutilatum.* [b] rennueris *c.* [c] *In cod. inter* nostris *et* pastorali *punctum positum est.* [d] docet *cod.* [e] *locus valde corruptus.*

[1] Cf. Jaffé ed. sec. 3441. [2] Salernitano. [3] i. e. moechus, adulter. [4] Haud constat, utrum Iohanni X an Iohanni XI ascribenda sit epistola haec. Cf. Jaffé ed. sec. 3594.

931–936. omnino precibus eorum supplicantibus roborari. Idcirco quia suggessit nostro apostolatui Landsuid humillima abbatissa una cum ceteris sororibus suis, qualiter nostra apostolica tuicione tutaretur monasterium virginum, quod est situm prope civitatem Coloniensem, quod quidam Herimannus archiepiscopus reparavit in honore sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae et undecim milia[a] virginum, ut sub nostra apostolica tuicione omni permaneat tempore pro honore domni nostri Ihesu Christi et mercede animae nostrae, ut nullus in iam fato sancto loco aliquid contrarium inferat, sed qualiter Herimannus archiepiscopus eum constituit vel sua scripcione roboravit, deinceps permaneat nostra apostolica proteccione. Amen.

---

67. *Iohannes XIX omnibus Christi fidelibus nuntiat, Guidonem de Turri et Ingalsiam, eius uxorem, in comitatu Lemovicensi in pago Arnaco monasterium condidisse ac bonis ditasse.*[1]

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 4883 A. fol. 67. manu saec. XI[b].

1028–1033. Iohannes episcopus servus servorum Dei. Notum sit omnibus sanctae dei aecclesiae filiis, presentibus et futuris, qualiter Guido, qui vocatur de Turri, et Ingalsia iugales, inspirante divina misericordia, construxerunt monasterium in comitatu Lemovicino, in pago, qui[c] dicitur Arnaco, ad honorem sanctae et individuae trinitatis, patris scilicet et filii et spiritus sancti, beatique confessoris Christi Pardulfi, et de diversis eorum proprietatibus, mobilibus et inmobilibus, ibidem non pauca dederunt ad sustentationem atque usum et salarium omnium monachorum et servorum Dei, qui die noctuque dominum et sanctorum merita exorare ibidem non cessant pro eorum et omnium Christianorum delictis.

---

68. *Alexander II episcopis Danorum scribit, sine licentia sedis apostolicae episcopum deponi non posse.*

Coll. Brit. Alex. ep. 3, in cod. Mus. Brit. Addit. 8873 s. XII in. fol. 39.

c. 1061. Omnibus episcopis Danorum. Fraternitatem denique verstram nullo modo credimus latere, neminem archiepiscoporum neque pa-

[a] *sic cod.* [b] *Scriptor litteras bullarum papalium longobardicas imitari conatus est. Exstat huius epistolae copia ex eodem codice facta in Coll. Baluze 62 fol. 215, ubi litterarum forma non recte „Saxonica" dicitur.* [c] quae *c.*

[1] Iohanni XIX ascripsi epistolam, quia episcopum Lemovicensem a. 1028 dedicasse monast. Arnacense docet Gall. Chr. II. 514. Cf. Jaffé ed. sec. 4107.

triarcharum episcopum posse deponere canonice, nisi prius data[a] c. 1061.
fuerit sententia sedis apostolice.

---

69. *Alexander II abbati Abendunensi nuntiat, sese Alivetum vix retinere valuisse, licet utiles personas undecumque eligere sibi liceat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 5, l. l. fol. 40.

Alexander Orrico[b] Abendunsi abbati. Licet nostre auctoritatis 1062.
sit, de canonica vel monasterio posse eligere, quem sanctae apostolice sedi utilem et necessarium approbamus[c] fore, tamen Alivetum filium nostrum vix multipharia retinere valuimus excusatione.

---

70. *Alexander II Goffredo episcopo Constantiensi significat, sese viro cuidam, qui filium in lecto suo iuxta se mortuum repererit, duos annos poenitentiae iniunctae remisisse.*

Coll. Brit. Alex. ep. 6, l. l. fol. 40.

Alexander Goifrido Constantie[1] episcopo. Presentium portitor 1062.
litterarium litteras fraternitatis vestre ad nos deferens, manum misericordie lacrimabiliter a nobis petiit, dicens, se filium suum sine baptismate in lectu suo noctu iuxta se mortuum reperisse, et ob hoc a vobis quinquennam penitentiam accepisse. Circa quem intuitu pietatis et rogatu vestre devotionis viscera misericordie exhibentes, duos annos penitentie super negligentia defuncti filii a vobis[d] iniuncte apostolica auctoritate remisimus.

---

71. *Alexander II Petro episcopo Aniciensi nuntiat, Fulconem Cadurcensem, simoniae accusatum, sese purgasse munerique suo restitutum esse.*

Coll. Brit. Alex. ep. 8, l. l. fol. 40.

Alexander II Petro Aniciensi[e][2] episcopo. Fulconem Cartur- 1062.
censem[3] episcopum, symoniace heresis macula fallaci obiectione quorundam invidia maculatum, districte super hoc expurgacionem facere fecimus, eumque studiosissima investigatione examinavimus. Quem ante altare sancti Petri et sacrosanctum corpus eius, tactis sanctis

[a] *in cod. additum est* licentia, *sed linea subterposita deletum est.* [b] *melius* Orderico. [c] aproprobamus *c.* [d] nobis *c.* [e] *sic correxit Ewald in Neues Archiv V. 330* Alomensi *cod.*

[1] In Normannia. [2] Hodie Le Puy. [3] Hodie Cahors.

1062. euuangeliis, inmunem ab huiusmodi criminis illata culpa evidentissime[a] reperientes, eum episcopali dignitati et honori restituimus.

---

72. *Alexander II clero populoque Cadurcensi, Fulconem episcopum, crimine simoniae diluto, in pristinum munus rediisse, nuntiat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 9, in cod. Mus. Brit. Addit. 8873 s. XII in. fol. 40.

1062. Clero et populo Caturcensi.[b] Qualiter per apostolice sedis legatum Hugonem, virga et anulo suo reddito, episcopali fuerit officio privatus Fulco episcopus vester, vobis credimus non esse ignotum; ideoque, qualiter nunc pristinae dignitati per humilitatem nostram sit restitutus, utile nobis visum est vobis omnibus notificandum. Tactis namque sacrosanctis euuangeliis coram collegio nostrorum fratrum nostraque presentia ante corpus sancti Petri se purificavit, quod neque per se neque per aliquam interpositam personam ante ordinationem suam precium, se sciente, dederit vel promiserit pro adipiscendo episcopatu; et sic apostolica auctoritate pontificali dignati, gradui ac officio eum per anulum et virgam integriter restituimus.

---

73. *Alexander II Dominico Gradensi patriarchae scribit de ecclesia S. Mariae, a Michaele quodam vindicata, sed, lite pendente, a Iohanne, eius aruncuio, Petro cuidam subdiacono concessa.*

Coll. Brit. Alex. ep. 10, l. l. fol. 40[b].

1062. Alexander Dominico patriarche Gradensi. Retulit nobis Rainbaldus, predecessoris nostri[1] in hac causa legatus, per idoneos viros se conperisse, et Michahelem super aecclesiae sancte Mariae hereditaria successione adversus avunculum suum Iohannem conquestum fuisse et, huiusmodi inter eos manente controversia, eundem Iohannem cuidam Petro subdiacono prefatam ecclesiam concessisse; et hoc idem utrumque, videlicet Michahelem[c] et Petrum, in vestra Gradensi sinodo testibus probasse. Proinde, si ita est, quia, velut claret prudentie vestrae, canonibus et legibus cautum est rei, litigiose alienationem fieri non posse, constat, Petrum litigiosam ecclesiam iniuste suscepisse; quam sibi predecessorem nostrum Nicholaum per ante dictum suum legatum eadem quoque de causa accepimus interdixisse.

[a] *verba* illata culpa, *hoc loco repetita, signo crucis annihilata sunt.* [b] *Sic correxit iam Ed. Bishop c. cl.* Catinensi *cod.* [c] Michalem *cod. Cf. supra ep. 2.*

[1] Nicolai II.

74. *Alexander II Tegrino episcopo Massano mandat, ut Hugoni comiti, qui Dodonem episcopum Rosellanum triduum in captione retinuerit, divinis officiis interdicat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 12, l. l. fol. 41.

Alexander Tegrino Massano episcopo. Audivimus Hugonem, 1062.
Radulfi comitis filium, Dodonem Rosellanum episcopum cepisse, et in captionem triduo, nulla culpa promerente, retinuisse. Quod quam sit impium et humanis ac divinis legibus interdictum, videlicet manum in christum Domini mittere[1] et pupillam oculi Domini tangere,[2] fraternitatem tuam non credimus ignorare. Unde apostolica tibi auctoritate precipimus, ut ipsum Hugonem ab omni divino officio submoveas, sibique omnibusque suis ecclesiis, que in tua dyocesi sunt, et[a] ecclesiasticum ministerium[b] interdicas.

---

75. *Alexander II Rumolfo episcopo de iudicio, quo tamquam homidicii reus damnatus sit abbas quidam, scribit.*

Coll. Brit. Alex. ep. 47, l. l. fol. 46[b].

Rumulfo episcopo.[3] Iudicium, quo tamquam homicidii reus 1063
dampnatus est abbas[c] iste, quia a sacris canonibus est alienum, c. pascha.
apostolice auctoritatis moderationi non est approbatum.

---

76. *Alexander II Ravengero electo Aquileiensi, pallia nunc ob evitandam simoniam nonnisi praesentibus dari, indicat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 48, l. l. fol. 46[b].

Ravengero Aquileiensi[d] electo. Licet antiquis temporibus pallia 1063
absentibus metropolitanis aliquando concessa fuerint, quia promo- c. pascha.
tiones eorum per sancte Romane aecclesie responsales diligenti discussione ventilabantur, tamen antecessores nostri, postquam hec auctoritas friguit, ad cautelam maxime simonice[e] hereseos, quam in quibusdam nunc regionibus prevalere cognoscimus, ipsa solummodo presentibus dari, salubri consilio statuerunt.

[a] *ante* et *unum aut duo verba excidisse videntur.* [b] *sic legit Bishop v. ill.* mistium *cod.; fortasse legendum est* misterium. [c] abas *c.* [d] Aquilensi *c.* [e] *sic cod.*

[1] 1 Reg. 26, 9. [2] Zach. 2, 8. [3] Constantiensi? Ewald in Neues Archiv V. 337, hoc fragmentum ad Alexandri ep. 55 Coll. Brit. (Jaffé ed. princ. 3440) pertinere, putat.

77. *Alexander II Rainaldo episcopo Comensi, num diaconus, qui fornicatus sit, ministrare debeat, quaerenti respondet.*

Coll. Brit. Alex. ep. 52, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 47[b].

1063 c. pascha. Rainaldo Cumano episcopo. Diaconum, de quo religio tua mandavit, si post decessorum nostrorum decreta fornicationis se crimine maculaverit, nisi post longam et condignam penitentiam ministrare, precipere non audemus.

---

78. *Alexander II Dominicum ducem edocet, papae iudicium nec annullari nec immutari a quoquam posse.*

Coll. Brit. Alex. ep. 53, l. l. fol. 47[b].

1063 c. pascha. Dominico duci. Iniustum est, ut iudicium Romani pontificis debeat[a] annullari vel a quoquam mortalium immutari, quandoquidem sancte et apostolice sedis sententia firma debeat ab omnibus et immutabilis observari.

---

79. *Alexander II monachis et civibus (?) Perusinis, se Bonizoni abbati, ut monasterii regimine liberaretur, roganti annuisse et Rainerium successorem instituisse, significat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 17, l. l. fol. 42.

1063 med. an. Alexander monachis et civibus Perusinae urbis. Notum vobis sit, quia Bonizo abbas vestri monasterii nos obnixe rogavit et importunis nos precibus conpulit, ut huius sibi regiminis sarcinam tolleremus et filium suum[1] Rainerium eius loco subrogaremus. Eius itaque pie et sancte voluntati consensimus et predicto Rainerio, ut ei succederet, iussimus.

---

80. *Alexander II Philippo Francorum regi scribit, apostolicae sedis decreta eodem loco cum canonibus habenda esse. Addit Leonis I sententiam de potestate papae.*

Coll. Brit. Alex. ep. 20, l. l. fol. 42.

1063 med. an. Alexander Philippo regi Francorum. Ignorant miseri *cet. ut in Ivonis decr. V. c. 31.*

Item. Non parve vesanie est, ut ait Leo magnus, contra eum aliquem mutire, qui clavigerum regni celestis habeat tutorem et

[a] *Litera* t *alia manu alioque atramento superposita est.*

[1] Potius spiritualem quam carnalem filium hisce verbis significari, putem.

patronum, et in eo magis timeat, si hic multa verba tumentis spiritus relaxentur, ne forte Petri vindicta in futurum servetur. 1063 med. an.

81. *Alexander II Hugoni abbati Cluniacensi nuntiat, sese Richerio Senonensi pallium non concessisse, cum absentibus non daretur.*

Coll. Brit. Alex. ep. 57, l. l. fol. 48.

Hugoni abbati Cluniacensi. Frater noster Richerius Senonensis archiepiscopus misit ad nos, ut ei pallium concederemus. Quod nimirum leviter et absque maxima[a] consideracione non oportuit nos dare, presertim cum clarum sit, absenti persone illud mitti minime debere. 1063 ex.

82. *Alexander II clero Vulturnensi nuntiat, sese omnibus in Hispaniam (contra Sarracenos) profecturis remissionem peccatorum indulgere.*

Coll. Brit. Alex. ep. 58, l. l. fol. 48.

Clero Vulturnensi. Eos, qui in Ispaniam proficisci destinarunt, paterna karitate hortamur, ut, que divinitus admoniti cogitaverunt ad effectum perducere, summa cum sollicitudine procurent; qui[b] iuxta qualitatem peccaminum suorum unusquisque suo episcopo vel spirituali patri confiteatur, eisque, ne diabolus accusare de inpenitentia possit, modus penitentiae imponatur. Nos vero auctoritate sanctorum apostolorum Petri et Pauli et penitentiam eis levamus et remissionem peccatorum facimus, oratione prosequentes. 1063 ex.

83. *Alexander II Wifredo Narbonensi scribit, omnes leges, sanguinem humanum effundi, vetare, nisi de puniendis criminibus vel de Sarracenis agatur. Laudat eum, quod Iudaeos tuitus sit.*

Coll. Brit. Alex. ep. 61, l. l. fol. 48[b].

Wifredo episcopo.[c1] Omnes leges tam ecclesiastice quam seculares effusionem humani sanguinis dampnant[d], nisi forte conmissa crimina aliquem iudicio puniant, vel forte, ut de Sarracenis, hostilis exacerbatio incumbat. Consulte igitur et laudabiliter fecisti, quia 1063 ex.

[a] *prius in cod.* ulla; *superscriptum est* maxima *eadem manu.* [b] quia *c.* [c] *In Ivonis decreto XIII. cap. 15 melius legitur:* Wilfredo Narbonensi archiepiscopo. [d] *In Ivonis decreto l. l. est:* Omnes leges — sanguinis prohibent.

[1] Narbonensi.

1063 ex. Iudeos sine causa adgravari non adquievistis. Monemus etiam, ut dehinc, si opus fuerit, simili modo faciatis.

---

84. *Alexander II episcopis Corsicanis significat, ordinandum episcopum electionem suam probare debere. Praecipit, ut Iohannem electum cum testibus ac litteris ad sese mittant.*

Coll. Brit. Alex. ep. 62, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 48[b].

1063 ex. Episcopis Corsice. Ille, qui ordinandus est episcopus, electionem suam presentia cleri et populi debet approbare ac in examinatione sua decretum, in quo affirmationes clericorum contineantur, offerre.

Item. Si melioribus de clero et populo electio Iohannis presbiteri placuerit, ipsum cum idoneis testibus videlicet cleri et populi necnon litteris vestris, in quibus aecclesiae voluntas significetur, dirigite, quatinus ordinationem illius iuste et canonice celebrare valeamus.

---

85. *Alexander II clero populoque Wapincensi, Ribertum invasorem excommunicatum totamque paroeciam interdictam esse, nuntiat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 65, l. l. fol. 49.

1063 ex. Clero et populo Wapincensi. Sciatis, nos Ribertum, invasorem ecclesiae vestre, vinculo excommunicationis innodasse et a communione sanctae aecclesiae separasse. Insuper etiam in tota paroechia vestra omne aecclesiasticum officium preter baptismum apostolica auctoritate interdicimus, ita ut nec etiam mortuis officium aliquod inpendatur, donec de medio vestrum predictum iniquitatis virum eieceritis et alterum dignum et idoneum elegeritis.

---

86. *Alexander II Raibaldum Arelatensem de Riberto ecclesiae Vapincensis invasore excommunicato deque paroecia eius interdicta certiorem reddit.*

Coll. Brit. Alex. ep. 66, l. l. fol. 49.

1063 ex. Raibaldo Arelatensi archiepiscopo. Noveritis, nos Ribertum, a predecessoribus nostris iuste depositum, a communione sancte ecclesie separasse et in tota parrohechia[a] Vapincensi[b] omne ecclesiasticum officium preter baptismum interdixisse, donec Ribertus expulsus fuerit et alter dignus et idoneus eligatur.

[a] *sic cod.* [b] Vapicensi *c.*

87. *Alexander II, Ernolfum Santonensem, Landum Nucerinum ac Michaelem Pisaurensem episcopos in synodo deiectos esse, nuntiat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 67, l. l. fol. 49.

Ex registro eiusdem.[1] Hernolfus Sanctonensis *cet. ut ap. Mansi XIX. 978.* 1063 ex.

Item. Michael Pensauriensis episcopus[2], quod res aecclesie sibi commisse multimodis dilapidaverit, accusatus atque convictus, depositioni est sententia episcoporum addictus.

---

88. *Alexander II Helinandum Laudunensem edocet, illegaliter spoliatum, nisi prius ablata restituantur, ad iudicium cogi non posse.*

Coll. Brit. Alex. ep. 68, l. l. fol. 49[b].

Helinando Lugdunensi[3] episcopo. Claret intelligentie tue, in canonibus haberi, quod nullus sine legali iudicio spoliatus, nisi prius ea, que expoliatus est, sibi restituantur, iudicio cogatur representari. 1063 ex.

---

89. *Alexander II Heriberto Mutinensi scribit, renitente ecclesia, promotionem episcopi fieri nullo modo posse.*

Coll. Brit. Alex. ep. 23, l. l. fol. 42[b].

Alexander Hariberto Mutinensi episcopo.[a] Noscit fraternitas tua, sanctis canonibus contineri, episcopi promotionem, renitente ecclesia, nullo modo posse fieri. 1064?

---

90. *Alexander II Goffrido Narbonensi nuntiat, sese Froterio episcopatum Nemausensem d. 4 Apr. reddidisse, cum, infra legitimos annos ac, quoad scivisset, sine simonia se eum adeptum esse, probasset.*

Coll. Brit. Alex. ep. 24, l. l. fol. 42[b].

Goifrido Narbonensi archiepiscopo. Presentium lator[4] Hugoni, predecessoris nostri pape Nicolai[5] legato, episcopalis dignitatis insignia se confessus est sponte sua reddidisse, anulum videlicet et virgam. Quem cum percunctati essemus, conscientiae suae nobis penitus enucleare secretum, adeptum Nemosiensem episcopatum infra 1064 p. Apr. 4.

[a] *Sic iam in cod. correctum ex* archiepiscopo.

[1] i. e. Alexandri II. [2] De hoc vide Greg. VII Registrum L. II. ep. 46. [3] i. e. Laudunensi, hodie Laon. [4] Froterius ep. Nemausensis. [5] II.

1064 legitimos se protulit annos, extra suam conscientiam a patre pro
p. Apr. 4. eodem data pecunia. Quia vero Romane aecclesie, ut ipse multique cum eo testabantur, sponte se accusans paruit nuntio, visum est nobis, misericordia cogente, eius humilitati pie condescendere atque pristine dignitati per nostram[a] reinvestiture confirmationem[b] eundem Froterium restituere. Reddidimus ergo sibi die palmarum anulum et episcopatus baculum.

---

91. *Alexander II Mediolanensibus (canonicis?) respondet de sacerdotibus, a Widone archiepiscopo ab officio suspensis.*

Coll. Brit. Alex. ep. 25, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 42[b].

1064. Mediolanensis.[c] Inquisitum est a quibusdam religiosis Mediolanensibus, quod sancte apostolice sedi videretur super illis sacerdotibus, quos venerabilis confrater noster Wido archiepiscopus ab officio suspendit. Quibus nimirum merito consulentes[d] apostolica auctoritate precipimus, ut sic ei obedire studeant, quemadmodum beato Petro apostolorum principi, qui usque in finem seculi in successoribus suis presidet, qualescumque fuerint, obedire studebit.

---

92. *Alexander II Girardo episcopo mandat, ut presbyterum, qui cum uxore patris fornicatus sit, a sacris ordinibus removeat, sed in minoribus gradibus permanere eum sinat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 26, l. l. fol. 43.

1064. Girardo episcopo.[1] Presbiterum, quem apostolice sedis examini iudicandum fraternitas tua direxit, quia patris thorum, proh dolor, nefanda fornicatione fedavit, prius a sacris ordinibus[e] deponi, deinde vero iuxta[f] canonum scita penitentie censemus dominio mancipari; misericordia tamen flexi, permanere eum in minoribus non prohibemus gradibus, nec communione[g] iubemus privari, ne in desperationem omnino[h] labatur sui. Semper enim reminisci debemus fragilitatem in aliis[i], qua trahimur, carnis.

[a] nostre *cod. aliena manus mutavit in* nostram. [b] *eadem (?) manus superscripsit* et. [c] *Inscriptio, sine dubio mutila, supplenda videtur* canonicis ecclesiae Med. [d] *melius placeret* consulentibus. [e] dnibus *in cod. post rasuram.* [f] iusta *c.* [g] *iam in cod. correctum ex* commune. [h] omino *c.* [i] in aliis *aliena manu in margine est additum.*

[1] Tricastinensi simulque Arausicano, cf. Jaffé ed. princ. 3481, 3482. (Ewald.)

93. *Alexander II Heliseo episcopo, archidiacono, subarchidiacono ecclesiae Mantuanae eorumque successoribus usum mitrae concedit.*

Coll. Brit. Alex. ep. 28, l. l. fol. 43.

Alexander Heliseo Mantuano episcopo. Anno, dilectissimus con- 1064
frater noster et archiepiscopus sancte Coloniensis[a] ecclesie, seu Bea- c. Iun. 1.[1]
trix comitissa, dilecta filia nostra, nostram adierunt clementiam postulantes et deprecantes, quatinus eorum peticione et dilectione tibi tuisque successoribus sancti Petri fidelibus tuoque archidiacono atque subarchidiacono illorumque successoribus, obedientibus sancte Romanae sedi, in precipuis festivitatibus ad officium scilicet missae licentiam utendi mitra pro benedictione sancti Petri concedere dignaremur. Unde iustis peticionibus eorum digne aquiescentes ac benigne condescendentes, tibi tuoque archidiaco(no) et subarchidiacono vestrisque successoribus, nobis nostrisque successoribus obedientibus, sanctorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate et nostra supradictam licentiam et benedictionem concedimus ac imperpetuum habendam confirmamus.

---

94. *Alexander II Rainaldum episcopum Comensem vituperat, quod contra ammonitionem, in synodo Mantuana factam, in eius episcopatu annualis pecunia pro chrismate exigatur.*

Coll. Brit. Alex. ep. 63, l. l. fol. 49.

Rainaldo Cumano episcopo. Relatum apostolice sedi, quod 1064 ex.
sine gravi merore non didicimus, de crismate, unde religio[b] Christiana confirmatur, contra statuta sanctorum patrum annualem pecuniam exigi. Unde in Mantuana[c] sinodo[2] te admonuimus, ut tam detestabilem heresim in episcopatu tuo fieri ulterius non permitteres. Quod quia neglexisti, quid inde merearis, ipse perpende et perpendens ita diligenter corrige, ut et heresis venalitatis omnino[d] non[e] remaneat, teque precepto apostolice sedis obedientem extitisse ostendas.

---

95. *Alexander II factas ab Hugone Carnotensi ordinationes et dedicationes irritas denuntiat. Eius complices anathematizat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 44, l. l. fol. 46.

Hugoni[f] Carnotensi. Ordinationes et dedicationes et quicquid 1063—
1065.

[a] Colonensis *c.* [b] *post* religio *vox* nostra *aut* vestra *erasa est.* [c] Mantua *c.* [d] omino *c.* [e] non *recte addit Bishop.* [f] *an* Hildegario? *cf. Jaffé Reg. ed. pr. 3396.*

[1] De tempore vide Ewald in Neues Arch. V. 334 n. 1. [2] Mai. 31 et Iun. 1.

1063–1065. sub pretentu episcopalis officii fecisti, cassamus et apostolica auctoritate, omnino irrita esse, decernimus Eos vero, quorum nefando collegio et persuasione[a] substantie canonicorum ecclesie prede et direptioni date sunt, vel qui aecclesiastica officia de manu tua post interdictum nostrum receperunt, pari anathemate plectimus, donec omnia remittendo[b] resipiscant.

---

96. *Alexander II clero Mediolanensi significat, sese permisisse Lanfranco (episcopo), ut simplici sacramento obiectione criminis se liberet.*

Coll. Brit. Alex. ep. 45, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 46.

1063–1065. Clero Mediolanensi. Nos de infamia fratris nostri Lanfranci non minus, ac si nostra esset, condoluimus; quem de obiecti criminis suspicione studiosissime inquirentes, nulla sui professione, eum tantum tamque execrabile conmisisse[c] flagicium, investigare valuimus. Ideoque certum et diffinitum huiusmodi incertitudini a nobis non oportuit deliberari iudicium. Ubi enim culpa non est in professione, inutile et inconsequens est preiudicare. Nos tamen auctoritatem[d] sancti Gregorii et sanctorum predecessorum nostrorum de huiusmodi suspitione sequentes, a quorum auctoritate recedere non audemus, eumdem ante presentiam nostram simplici[e] sacramento, ut moris et auctoritatis est, ab huius criminis[f] obiectione se defensurum remisimus.

---

97. *Heribertus episcopus Mutinensis Alexandro II papae litteras mittit Papii, abbatis monasterii S. Bartholomaei, de Iohanne clerico, qui morte imminente monachica veste indutus sit, referentis.*[1]

Coll. Brit. Alex. ep. 29, l. l. fol. 43[b].

1064–1065. Heribertus Mutinensis episcopus Alexandro pape.

Mutinensi antistiti Heriberto Papius abbas cenobii beati Bartholomei. Iubet per os legati sanctitas vestra, ut quo ordine[g] Iohannem clericum monachum fieri[h] iusserim, scripto prodente aperiam. Unde scitote, me, fratribus ad eum ea causa directis, hoc in preceptum dedisse, ut, si eum certissime morti non intuerentur affinem, habitum ab eis nullatenus acciperet monacalem. Fratres vero euntes eumque morti proximum non intuentes, imperatis obtemperant eumque in priori habitu relinquentes re-

[a] persuassione *c.* [b] remitendo *c.* [c] conmisse *c.* [d] auctoritate *cod.* [e] simpli *c.* [f] crimine *c.* [g] ordinem *c.* [h] feri *c.*

[1] Epistolam hanc in collectione epistolarum papalium recepi, tum quia in registro exstabat, tum quia quasi commentarius est in responsionem, quae sequitur, papae.

ditum properant. Postmodum vero, monasterii commodo exigente, contigit me absentem fore. Audito autem fratres, quod ei mors proxima imminneret, ad eum iterum iterumque revertuntur, tandemque, me nichil horum sciente nichilque volente, nostri veste ordinis induunt. Ex egritudine autem prememoratus frater convalescens miratur factum et contristatur atque, hoc factum se nesciente, conqueritur, ac modo simili quemlibet gravi somno[a] oppressum ipsa eadem posse indui veste proloquitur. Ipse quoque frater[b], qui hoc eum indumento vestivit, super hoc ei testimonium perhibet, quod tunc videlicet non ipsum integrae mentis conspexerit, sed dicit, quod consilio astantum consentiens id effecerit; qui, quia non meo iussu, me ignorante atque invito, est cucullatus, nullo a me monastico iugo videtur artandus. 1064–1065.

---

98. *Alexander II Heriberto Mutinensi respondet, ut clericum, qui instante morte in monasterium S. Bartholomaei receptus sit, monachicum habitum assumere permoneat; sed cogi eum vetat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 30, l. l. fol. 43[b].

Alexander Heriberto Mutinensi episcopo. Prefatum clericum[1] religio tua diligenter inquirat, eumque mundum relinquere Deoque servire debita exhortacione[c] permoneas; ita tamen quod, si verum esse, quod in litteris abbatis[2] continetur, agnoveris, nulla sibi monachicum portandi haibtum violentia inferatur, sed proprie tantummodo voluntati relinquatur. 1064–1065.

---

99. *Alexander II Philippum, regem Francorum, et comitem B. certiores reddit, monasterii S. Dionysii libertatem in concilio (6. Mai. 1065) firmatam esse; quam ut defendant, hortatur.*

1) In bibl. nat. Paris. Chart. S. Dionysii s. XI., ms. lat. nov. acqu. 326, fol. 25[b]; 2) in tabul. nat. Paris. Chart. S. Dionysii s. XIII., LL. 1156. fol. 77[b].

A(lexander) episcopus servus servorum dei karissimo filio Ph(ilippo) regi Francorum et nobilissimo comiti B. salutem et apostolicam benedictionem. 1065 (Mai).

Nobilitati vestre notum fieri volumus, quod abbas monasterii sancti Dyonisii martyris[d] apud nostram audientiam super episcopo Parisiacensi[e] semel et secundo fuerit questus, videlicet quod ipse

[a] sonno *c.* [b] Iipse q̊; cū fr̄ *c.* [c] exhorticione *c.* [d] Christi martyris 2. [e] ep. Parisiensi 2.

[1] Iohannem. [2] Papii abb. S. Bartholomaei; vide ep. praecedentem.

1065 (Mai.) contra ius privilegiorum, a sanctis et apostolocis viris salubriter eidem monasterio multotiens concessum, contraque Francorum regum et episcoporum ipsius patrie constitutiones subripere sibique vendicare iam dicti monasterii potestatem attemptaverit. Ad quae nimirum dirimenda ad sedem apostolicam utrumque venire invitavimus, ut ibi congregatis aecclesiarum iudicibus huius causam litigii canonice finiremus. His igitur in sancto concilio representatis, post longam discussionem, post varias utriusque partis oppositiones claruit, iustitiam prefato monasterio favere, nec tot aut tantorum pontificum auctoritati absque horrendo anathemate aliquem posse obviare. Unde consilio totius sancti[a] conventus, que a sanctis[a] predecessoribus nostris[b] sancte sunt instituta, firmavimus atque corroboravimus. Rogamus itaque prudentiam vestram, ut secundum formam et devotionem precedentium regum venerabilis loci libertatem ab omni adversariorum impetu defendatis.[c]

---

100. *Alexander II Remensi et Senonensi archiepiscopis mandat, moneant, interdicti poena proposita, regem principesque Francorum, ut ecclesiae Carnotensis invasorem eiiciant.*

Coll. Brit. Alex. ep. 32, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 44.

1065. Gervassio[d] Remensi (et Rigero Senonensi).[1] Monemus fraternitatem tuam, ut regem[2] et principes Francorum alloquaris, quatinus eorum potentia ab invasione sancte Carnotensis aecclesie episcopus dictus[3] separetur; quod si fortasse ad hoc exequendum minus exarserint, non solum episcopatus tui, verum etiam suffraganeorum[e] tuorum episcoporum clericis cuiuscumque ordinis omne divinum officium preter baptismum et consignationem puerorum interdicere non differas.

[a] *omisit* 2. [b] sanctis viris *addit* 2. [c] Benevalete *addit* 2. *In* 1 *sequuntur verba haec:* Alexander episcopus servus servorum dei karissimo fratri R(icherio) Senonensi archiepiscopo hec eadem super hoc negotium. — Alexander ep. etc. M(aurilio) Rothomagensi archiepiscopo hec eadem super hoc negotio. [d] *sic cod.* [e] suffrageneorum *c.*

[1] Epistolam hanc uni soli archiepiscopo inscriptam fuisse, patet ex verbis: „fraternitatem tuam, episcopatus tui“ cet; sed cum a paribus etiam Senonensi scripta esset, is, qui collectionem Britannicam composuit, more haud inusitato duas epistolas coniunxit. Cf. Ewald in Neues Archiv V. 334 n. 5. [2] Philippum. [3] Hildegarius.

101. *Alexander II Dominico patriarchae Gradensi scribit de removendis clericis, „qui mulierculas non abiecerint". Scriptum, quo in civitate Amurianensi sedem episcopalem institui permisit, cassat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 33, l. l. fol. 44.

Alexander Dominico Gradensi patriarche. Erubescant *cet. ut ap. Mansi XIX. 977.*[1]

Item. Nos omnino cassamus scriptum, quo dudum, suggestione 1065.
quorundam[a] circumventi, concessimus, Amurianensem[2] plebem episcopatum fieri debere, estimantes verum, quod nobis conmentabatur, loci congrua et necessaria oportunitate et totius provincie suffragatione digne et conpetenter fieri posse. Que, ut ipsi vidimus et relatu tuo cognovimus, longe aliter se habent.

---

102. *Alexander II Arnulfum archiepiscopum Cosentinum monasterium a Roberto duce in Calabria aedificatum consecrare iubet.*

Coll. Brit. Alex. ep. 34, l. l. fol. 44[b].

Arnulfo Cusentino archiepiscopo. Litteris suis significavit Ro- 1065.
bertus[3] dux, quod monasterium in Calabria[b] construxerit ob facinorum suorum remissionem, precipiente sibi antecessore nostro piae memoriae Nicholao. Nos ergo remittimus tibi consecrandum[c], eius peticioni libenter assensum prebentes; ita tamen, ut cum diligentia investigare studeas, utrum illi ecclesie vel episcopo, in cuius diocesi situm est monasterium, violentiam aut dampnum, quod absit, inferat. Indignum enim esse videtur et autenticum sanctorum canonum sanctione non[d] comprobatur, ut nove ecclesie id iuris concedatur, quod antiquae iniuste subtrahatur. Sic enim volumus monasterium apostolica auctoritate firmari, ut nequaquam velimus, pro eo episcopatum in aliquo minorari vel labefactari.

---

103. *Alexander II Azzonem et Albertum canonicos, monasteriorum S. Celsi et S. Vincentii Mediolanensium invasores, deponit et abbatum nomine privat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 37, l. l. fol. 45.

Clero Mediolanensi. Iudicio sancti spiritus Aszonem et Alber- 1065.

[a] dam *superscriptum est.* [b] Calabriam *c.* [c] consecrandi *c.* [d] non *superscriptum est.*

[1] In Gratiani decr. I. D. 32. c. 11 fragmentum hoc Urbano II perperam tribuitur. [2] Hodie Amurani in Graecia. (Ewald.) [3] Guiscardus.

1065. tum, monasteriorum vestrorum sancti Celsi sanctique Vincentii invasores, et ambitione ex canonicis prius abbates dictos quam monacos, ab omni administracione et regimine ipsorum monasteriorum deponimus, et apostolica auctoritate abbatum nomine privamus, ut in illis abatiis ulterius non sint abbates.[1]

---

104. *Alexander II Engelberto Tursano episcopo praecipit, ne diaconum suum secularibus, sed canonicis legibus impetat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 38, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 45.

1065. Engelberto Tursano episcopo. Non parum miramur, quod secularibus legibus diaconem tuum pro crimine maleficii velis impetere. Unde apostolica auctoritate precipimus, ut, postpositis paribilibus legibus, que servis potius quam ecclesiasticis debentur ordinibus, canonicam ab eo purificationem recipias.

---

105. *Alexander II Landulfum principem Beneventanum hortatur, ne violentia Iudaeos ad christianam fidem adducat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 39, l. l. fol. 45.

1065. Landulfo principi Beneventano. Licet ex devotionis studio non dubitamus procedere, quod nobilitas tua Iudeos ad christianitatis cultum disponit adducere, tamen quia id inordinato videris studio agere, necessarium duximus, admonendo tibi literas nostras dirigere. Dominus enim noster Iesus Christus nullum legitur ad sui servitium violenter coegisse, sed humili exhortacione, reservata unicuique proprii arbitrii libertate, quoscumque ad vitam predestinavit aeternam non iudicando, sed proprium sanguinem fundendo ab errore revocasse.

Item. Beatus Gregorius, ne eadem gens ad fidem violentia trahatur, in quadam sua epistola interdicit.

---

106. *Alexander II Torcatorium iudicem docet, coniunctionem eius cum consanguinea in tertio gradu detestabilem esse filiosque, si inde fuerint, nec heredes nec episcopos vel iudices fieri posse.*

Coll. Brit. Alex. ep. 40, l. l. fol. 45.

1065. Torcatorio iudici. Crimen istud, quod consanguineae tuae in tertio gradu coniunctus es, quam sit divinis et humanis legibus

[1] Ad haec, ni fallor, referenda sunt ea, quae Arnulfus in Gestis archiep. Mediolanensium III. c. 17, MG.SS. VIII. 22, narrat.

detestabile, te ipsum oportet considerare, cum soboles ex tali con- 1065.
iugio non potest subcrescere et, si filius inde fuerit, nec heredem legitimum recipi, nec in episcopalem cathedram vel iudicis dignitatem debeat omnino promoveri.

---

107. *Alexander II Adamo confesso, sese ebrium ecclesiam incendisse, poenitentiam quinque annorum iniungit.*

Coll. Brit. Alex. ep. 41, l. l. fol. 45.

Ade[a] penitenti. Confessus es, te per ebrietatem ecclesiam cum 1065.
contiguis sibi domibus incendisse. Unde penitentiam[b] tibi, licet[c] non iuxta modum culpae, sed moderamine benigne pietatis iniunximus. Cum enim ebrietatem pretendis, non argumentum excusationis sed exaggeratio est summae accusationis. Indicimus itaque tibi penitentiam quinque annorum hoc modo: ab hoc die usque ad festivitatem sancti Martini[1] sexta feria ieiuna in pane et aqua, abinde usque in natale[2] tres dies in epdomada, ab epiphania[3] usque in quadragesimam ieiuna diem unam, tota quadragesima dies tres, a pentecosten usque ad sanctum Martinum diem unam; et sic comple quinquennium. Hoc anno ecclesiam ne ingrediaris, neque communices nisi pro necessitate mortis.

---

108. *Alexander II Gervasio archiepiscopo Remensi scribit de clerico, qui omisso subdiaconatu ad diaconii et presbiterii honorem ascendit.*

Coll. Brit. Alex. ep. 42, l. l. fol. 45[b].

Gervasio Remensi archiepiscopo. Consuluit parvitatem nostram 1065.
dilectio vestra super latorem presentium, qui in clericalibus officiis educatus subdiaconii gradum suscipere, diabolo obcecante, neglexit, et ad diaconii et presbiterii honorem cursu prepropero non ambiciose sed negligenter conscendit. In quo preceptum canonicum nos invenisse, non meminimus; consilium autem ex prerogativa auctoritatis apostolice damus, sicut olim super eodem negotio Rumaldo Constantiensi episcopo consuluimus.[4] Ab utrisque itaque, id est sacerdotali et levite, quos inordinate suscepit, officio suspendatur, donec congruo tempore intersit eis, qui ad subdiaconii benedicentur

[a] Ane *cod.* *Hasce litteras ad virum, non ad feminam missas esse, patet ex verbis* confessus es, *ideoque scripsi:* Ade. [b] per pen. *c.* [c] Unde — licet *in loco raso.*

[1] Nov. 11. [2] Dec. 25. [3] Ian. 6. [4] Jaffé Reg. ed. pr. 3441.

1065. honorem, et cum eis subdiaconatus accipiat benedictionem; prius tamen discutiendus[a], si eius vita digna officio habeatur, et sic, si vitae canones non obviaverint, in priori ordinatione diaconus et presbiter teneatur. Legimus enim in actibus apostolorum[1], ad sancti Petri predicationem Cornelium pro vite merito ante baptismum recepisse sancti spiritus donum. Divine igitur benignitatis clementia, que Cornelio dignata est ante baptismum concedere, quod purificatis fonte baptismatis specialiter[b] solet infundere, neglecti ordinis minime gratiam prohibebit, ita ut ceteros, quos subiit, reservet, si vita eius et scientia honori concordet.

---

109. *Alexander II Rodulfo et Theobaldo presbiteris permittit, ut, episcopo non prohibente, confitentibus poenitentiam imponant. Addit de barba radenda et de missis celebrandis.*

Coll. Brit. Alex. ep. 43, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 46.

1065. Rodulfo et Theobaldo presbiteris. Super quibus nos voluistis consulere, paucis devotioni vestre necessarium duximus scribere. Penitentiam confitentibus vobis causa religionis iniungere, quandoquidem vos igne divini amoris fervere non dubitamus, nisi episcopi, in quorum parroechiis estis, prohibuerint, licentiam damus. De barba vero radenda, nisi voto aliquo constringimini, cum ceteris nostri ordinis idem servate. De missa in claustris vestris in locis videlicet non sacratis[c] celebranda .....[d] qui[e] altare itinerarium[f], nisi necessitate itineris[g] vel ecclesie conbuste, canonum sequentes documenta, cuiquam non concedimus; in ipsis[h] vero claustris construere consulimus.

---

110. *Alexander II Autido episcopo mandat, ut Bernardum episcopum, ab Hugone cardinali depositum, quia a simoniaco ordinatus sit, in integrum restituat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 71, l. l. fol. 49[b].

1063 aut 1066. Autido episcopo. Conquestus est Bernardus episcopus, Hugonem cardinalem ob nullam culpam nisi quia a symoniaco ordinatus fuerat, eum[i] deposuisse. Unde apostolica auctoritate fraternitati tue

[a] *sic cod.* [b] *aut* spiritualiter, *in cod.* spalit˜. [c] secratis *c.* [d] *verba complura hoc loco excidisse patet.* [e] *Bishop v. cl. corrigi vult* super. [f] *sic* altinerarium *c. iam aliena manus correxit.* [g] itineri *c.* [h] ipsi *c.* [i] eum *recte addit Bishop.*

[1] 10, 44.

mandamus, ut, congregatis conprovincialibus episcopis, causam dili- 1063
genter discutias, et si[a] ita inveneris, ut pro alia culpa depositus aut
non fuerit, eum loco suo et episcopatui nostra apostolica fultus 1066.
auctoritate restituas.

---

111. *Alexander II monasterii S. Dionysii libertatem, petente Philippo Francorum rege, confirmat.*

In tabul. nat. Paris. Chartul. S. Dionysii LL. 1156. s. XIII fol. 78[b].

Alexander episcopus servus sorvorum dei karissimo filio Ph(ilippo) 1066.
glorioso regi Francorum salutem et apostolicam benedictionem.

Quia devotionis tue studium erga matrem tuam sanctam Romanam ecclesiam exuberare cognovimus, ulnis te paterne dilectionis amplecti tuoque semper honori providere desideramus. Claret ergo, Francorum reges pro reverentia et devotione, quam exibuerunt beato Petro, gloria et honore[b] . . . . . inditiis representat, non solum de causis, quas nobis intimasti, sed de quibuscumque salva iusticia possumus, libentissime peticioni tue annuimus. Igitur monasterii sancti Dyonisii libertatem privilegiis antecessorum nostrorum munitam, unde nos rogasti, sicut in preterito anno auctoritatis[c] nostre scripto firmavimus[1], ita firmam illibatamque deo adiutore ab omnibus inimicorum insidiis servabimus; et quia venerabilis locus ille a primordio sue fundationis antecessorum tuorum semper excrevit patrociniis ac muneribus, rogamus caritatem tuam, ut nocentium sibi presumptionibus munimen defensionis tue opponas sicque profectui eius provideas, quatinus non solum apud Deum sed et apud homines gratiam merearis et laudes.

---

112. *Alexander II Stephano episcopo Alvernensi scribit, poenitentiam in canonibus determinatam observandam, misericordiam vero pie poenitentibus non esse denegandam.*

Coll. Brit. Alex. ep. 75, l. l. fol. 49[b].

Stephano Alvernensi episcopo. Que in canonibus determinata 1606–
est, penitentia est omnino observanda. Sed misericordie gratia, que 1067.
nulla lege concluditur, nullo temporis spatio cohercetur, non est pie

[a] si *eadem (?) manus superscripsit.* [b] *sequitur lacuna quinque linearum.* [c] auctoritatem *c.*

[1] Bulla data d. 6. Mai. 1065; cf. Jaffé Reg. ed. princ. 3400. [=4565]

1066–1067. penitentibus deneganda. Pastoralis itaque discretionis est, uniuscuiusque contrictionem cordis et doloris affectum magis quam temporis spatium attendere, et pro meritis operum fructuque penitentiae misericordiae oleum adhibere.

---

113. *Alexander II ordinationes, ab Eustacio Orientano episcopo in ecclesia Neapolitana factas, irritas denuntiat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 76, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 50.

1066–1067. Clero Neapolitano. Ordinationes, ab Eustacio Orientano episcopo non legaliter in ecclesia vestra factas, post restitucionem Leonis episcopi vestri omnino irritas et vacuas haberi decernimus.

---

114. *Alexander II Odolrico episcopo Paduano respondet super penitentia Albizonis presbyteri, qui cum matre sua fornicatus sit.*

Col. Brit. Alex. ep. 77, l. l. fol. 50[b].

1066–1067. Odolrico episcopo.[1] Rogabas, ut presbitero Albizoni presentium latori misericordiam impedentes officium misse concederemus. Significasti enim, eum cum matre sua fornicatum fuisse et, ob hoc penitentia quindecim annorum accepta, septem iam annos explevisse, octo quidem adhuc superesse. Ex quibus unum sibi causa misericordie tueque dilectionis precibus indulsimus. Ceterum licet iuxta canonum rigorem a sacerdotio[a] debeat omnino[b] deponi vel, si qua ei misericordia sit impendenda pro merito religiosae conversationis, post peractam debeat penitentiam consequi, hoc tue discretionis arbitrio, solo respectu misericordiae, apostolica auctoritate relinquimus; presertim cum per te valeat clarius inquiri[c], quales penitentie exhibeat fructus quantumque utilitati ecclesie sit necessarius.

---

115. *Alexander II Adelaisiae comitissae nuntiat, Widonem Mediolanensem in synodo depositum esse Astensemque electum, ab eo ordinatum, inter episcopos numerari non posse.*

Coll. Brit. Alex. ep. 79, l. l. fol. 51.

1066–1067. Adelaisie comitisse.[2] Wido Mediolanensis et pro criminibus, que comisit, et pro superbia, quia se elevare contra apostolicam sedem

[a] serdotio *c.* [b] omino *c.* [c] *sic iam in ms. correctum ex* inquirere.

[1] Paduano. [2] Taurinensi.

presumpsit, sancta sinodo id decernente, ab omni episcopali officio suspensus est: et quemadmodum Astensis electus vel esse vel dici possit episcopus, cum a non episcopo minime sit benedictus, sed potius[a] maledictus, invenire non possumus; aut enim, quod fieri non potest, apostolicae sedis iusta et legitima auctoritas adnullabitur, aut ipse electus pro hac causa inter episcopos non numerabitur. 1066–1067.

---

116. *Alexander II Helinandum Laudunensem edocet, patriarcham Constantinopolitanum b. Gregorii iudicium sustinuisse.*

Coll. Brit. Alex. ep. 80, l. l. fol. 51.

Helinando Lugdunensi[1] episcopo. Ut plenius in eius registro cognoscere potes, duobus Constantinopolitanis clericis cum patriarca suo litem habentibus, licet patriarcha superbus fuerit, iudicium tamen beati Gregorii volens nolens sustinuit.[2] 1066–1067.

---

117. *Alexander II Altmanno episcopo Passaviensi scribit, Raimpuldum monachum, subdiaconatus officio fungentem, dignam poenitentiam egisse itaque ad ceteros ordines sublimari posse.*

Coll. Brit. Alex. ep. 83, l. l. fol. 51.

Altmanno[b] Pataviensi episcopo. Presentium lator Raimpuldus[c] monacus ad nos veniens causam suam cum gemitibus et precibus enarrare curavit. Dicit enim se, instigante diabolo, claustrum monasterii, ubi subdiaconatus fungebatur officio, deseruisse atque euuangelium, cuius officium nondum susceperat, ad missas[d] per ignota loca per aliqua tempora falsa ostentacione legisse. Sic tandem ad monasterium rediens penitentiam accepit, duas iam carinas effecit et Ierosolimam causa orationis accessit. Quapropter, frater venerande, quia inique presumptioni, quam gessit, debita vindicta, ut dicit, ac digna penitentia successit, et quia limina apostolorum principum curavit adire, debet etiam per eos misericordiam sentire. Itaque si ita est, et si gravioribus criminibus eum non gravari et officio vitam illius noveris concordare, poterit nostro iudicio et permissione ad ceteros gradus a tua caritate sublimari. 1066–1067.

[a] potius *superscriptum est.* [b] Bemanno *c.* [c] Raīpuldus *c.* [d] misas *c.*

[1] vel Laudunensi (Laon). [2] Cf. Jaffé ed. sec. 1257.

118. *Alexander II, Lancium Nucerinum, Landolfum Tortibulensem, Benedictum Bicariensem, E(?) quendam, episcopos propter varia crimina deiectos esse, nuntiat.*

Coll. Brit. Alex. ep. 87, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 52.

Ex registro eiusdem.[1] Lantium Nucerinum *cet. ut apud Mansi XIX. 978.*

1066–1067. Landolfus[a] quoque Tortibulensis episcopus, quod, deposito monastico habitu, simoniace et per ambicionem ad episcopatum accesserat, accusatus atque confessus ab episcopali regimine et officio est absque spe restitutionis eiectus. Ibi quoque simili modo destituit Benedictum Bicariensem episcopum, quod interdictum[b] sibi a Nicolao papa celebrare presumpsit officium. Quendam etiam post hos E. episcopum[c], qui, ab uno solum episcopo consecratus nullique ecclesie designatus, quia passim sede vagabatur incerta, eadem condempnavit sententia.

---

119. *Gregorius VII Alberto abbati, devotione eius per litteras cognita, adiutorium suum promittit.*[2]

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 275 ad calcem manu s. XI.

1073–1085. XP. Gregorius papa servus servorum dei Alberto abbati salutem et apostolicam benedictionem. Devotionem vestram circa apostolatum nostrum litterae vestrae prodiderunt. Unde si vobis umquam quicquam nostri adiutorii fuerit necesse, sperate, nos libenter impendere. Illud vero, quod dixistis, relinquimus in vestra voluntate. Valete.

120. *Gregorius VII statuit de penitentia injungenda clericis, qui arma arripuerint ac homicidium perpetraverint.*[d]

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 8922. fol. 173 manu s. XI ex. vel XII in.

1073–1085. Gregorii papae VII.[e] Si quis clericus contra patrum regulas (et .....) ordines arma arripit et homicidium perpetrat, huius-

[a] Landofus *c.* [b] interdictus *c.* [c] Quedam etiam p̃hos eep̃m *c. Bishop his verbis episcopum nomine* Prehos *significari putat; Ewald legit in Neues Archiv V. 344:* preter hos E. episcopum. [d] *Primam huius decretalis partem edidi in Neues Archiv VII. 163.* [e] *Verba, quae sequuntur,* et epi . . . omanorum *librarius eradere oblitus esse videtur.*

[1] I. e. Alexandri II. [2] Hae litterae, cum in codice manu s. XI exarato inveniantur nec scribendi genus a Registri stilo alienum sit, Gregorio VII attribuendae videntur.

modi penitentiam sibi iniungentes carceri XL diebus mancipandum 1073–
decrevimus; deinde ecclesie gremio inter laicos miserationis intuitu 1085.
sociamus; deinde penitentiam XIIII annorum imponimus, sed II accipimus ita, ut proximo quadrigenio a dominici corporis et sanguinis et omnium carnium abstineat perceptione. Quartam et sextam feriam in pane et aqua et crudis herbis ieiunet; quadragesimali tempore secundam et quartam et sextam feriam eodem tenore observet; unam quadragesimam ante natalem domini annuatim persolvat. Ceterum si in regulari monasterio monachus effici voluerit sive in regulari canonica esse maluerit, hec omnia in abbatis sui vel decani potestate consistit, ita tamen, ut quicquid horum fuerit, ipse ulterius ad gradum ecclesiastici ordinis non promoveatur nisi per gratiam.

---

121. *Urbanus II Petrum episcopum Terracinensem docet, multa non esse mala, quia sine mala intentione fiant.*

Coll. Brit. Urb. ep. 4, l. l. fol. 142[b].

Petro Terracinensi .....[a] Multa videntur mala, que mala 1088
non sunt, quia mala intencione non fiunt. Legimus in actibus apo- Apr.–Iun.
stolorum, quod beatus Petrus[b] post commune decretum non servandae legis observatorem se ipsius dispensatorie tantum et ob solum odium Iudeorum tantum vitandum pro loco et tempore simulaverit;[1] et Paulus apostolus oportunitatis causa discipulum circumciderit, et se ipsum postmodum timens, a Iudeis occidi, ritu Iudaico in templo purificaverit.[2]

---

122. *Urbanus II Medi(olanensibus) scribit, quam sit periculosum, a Romana ecclesia dissentire.*

Coll. Brit. Urb. ep. 13, l. l. fol. 144.

Urbanus clero.... medi....[c] (S)citis namque, quantum sit pe- 1088(Iul.)
riculi, a Romana dissentire ecclesia, quante salutis exposito[d] eidem ecclesie pacifice atque humiliter obedire; teste nimirum clarissimo Christi candelabro, patre videlicet vestro sanctissimo Ambrosio, hereticum esse constat, qui a Romane fuerit ecclesie conpage seiunctus.

[a] *Aut* episcopo *aut* electo *supplendum est.* [b] P *cod.* [c] *Supplendum videtur in hunc modum:* Clero et populo Mediolanensi. [d] *mendum certe continet. Carolus Rodenberg suspicatur:* quantum saluti expediat.

[1] Galat. 2, 12. [2] Act. apost. 16, 3 et 21, 26.

v. v. Aus XII, 47.

123. *Urbanus II clerum populumque S. Iacobi reprehendit, quod loco episcopi incarcerati Petrum invasorem sibi praeponi siverint. Addit de interdicto dioecesi injuncto.*

Coll. Brit. Urb. ep. 19, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 145.

1088 (Oct. 15.) Urbanus clero et populo s(ancti Iacobi).[a] Auditum nostrum nuper ex partibus vestris rumor nefandissimus perculit, quod videlicet episcopo vestro[1], capto et vinculis posito ac deposito, alium[2] in loco eius vobis passi fueritis superponi; quod omni adversum iusticiae pati nos minime credideritis, qui locum defendende iusticie retinemus indigni. Tantum igitur facinus Deo canonibusque prorsus adversum ex Dei et canonum auctoritate cohibentes, vobis omnibus precipiendo precipimus, ne ullam ultra invasori illi obedientiam deferatis. Preterea omni iure ecclesie divina omnia officia interdicimus preter baptismum et consignationes infantum et penitentias et obsequia mortuorum; tandiu ab omnibus preter hec divinis misteriis[b] abstinebitis, donec eductus e vinculis episcopus dignitati pristine restituatur, et sic coram nobis[c] vindicandus et canonice disquirendus adveniat.

---

124. *Urbanus II Petrum invasorem ecclesiae S. Iacobi deponit et ante praesentiam suam evocat.*

Coll. Brit. Urb. ep. 20, l. l. fol. 145.

1088 (Oct. 15.) Urbanus Petro invasori.[d][3] Pervenit ad aures nostras, quod vehementi animum merore conplevit, te scilicet contra omne ius et fas episcopatum sancti Iacobi, episcopo[4] capto et in vinculis posito ac deposito, invasisse; quod, quia sanctis est canonibus omnino contrarium et omnino divine humaneque iusticie refragatur, inultum pati omnino non possumus. Te itaque, tanti facinoris presumptorem, canonica adhuc, quam promereris, sententia suspendentes, ab omni pontificali et sacerdotali officio prorsus vacare, apostolice potestatis auctoritate precipimus, quoad nostre te presentie representes de tanto coram nobis scelere responsurus.

[a] *In cod.* s; *cetera a bibliopega abscisa sunt.* [b] mistiis *c.* [c] vobis *c.* [d] *cod.* inv, *ceteras bibliopega delevit litteras.*

[1] Didaco, cf. Jaffé Reg. ed. princ. 4022. [2] Petrum. [3] Ecclesiae S. Iacobi Compostellanae. [2] Didaco.

125. *Urbanus II Bernardo abbati mandat, cum absentibus privilegia non tribuantur, ut morbo impediente priorem mittat. De professione priori S. Antonini exhibenda addit.*

Coll. Brit. Urb. ep. 24, l. l. fol. 146.

Bernardo ab .... monasterii.[a] Quia consuetudo Romane aecclesie non est, ut personis absentibus privilegia formentur, id distulimus exhibere. Si ergo tu, karissime fili, egritudine sicut dicitur impediente, ipse nobis tuam non poteris exhibere presentiam, priorem mitte et cum eo personas, quas ipse iudicaveris. De professione unde nos per legatum consuluistis, id vobis respondendo consulimus[b], ut prioris sancti Antonini, a quo ordinem accepistis, ...[c] vos victuros regulariter promisistis, donec Deo adiuvante religiosorum virorum consilio de propria congregatione magistrum et prepositum vobis eligere valeatis. 1088 ex.

---

126. *Urbanus II Petro episcopo Pistoriensi scribit, subditorum esse, „dubitationis nodos patienti inquisitione dissolvere", non autem redarguere; de multis enim rebus a praelatis varie pro tempore ac personarum qualitate iudicari. Se purgat, quod Daibertum diaconum, ab archiepiscopo excommunicato ordinatum, episcopum Pisanum consecraverit.*

Coll. Brit. Urb. ep. 30, l. l. fol. 147.

Urbanus Petro Pistoriensi[d] episcopo.[e] Debent subditi secundum beati Iob[1] sententiam dicentis: *Rem, quam nesciebam, diligentissime investigabam,* dubitacionis sue nodos morosa et patienti inquisitione dissolvere, non autem in ea redargutionis aut culpationum manum extendere. 1088 ex.

Item. (M)ulta ecclesie principes pro tenore canonum districtius iudicant, multa pro temporum necessitate patienter tolerant, multa pro personarum qualitate moderanter dissimulant. Si enim semper protracto nervo arcus extenditur, segnius ea, in quae ad tempus intendendus est, iaculatur. Per apostolos siquidem communi est sententia Ierosolimis confirmatum et per Paulum et Barnabam, fra-

[a] *Ewald in Neues Archiv V. 359 lacunam ita supplevit:* abbati Maioris monasterii. [b] consulumus *c.* [c] *Verba quaedam hoc loco excidisse patet.* [d] Pistor *c.* [e] *In aliis canonum codd. fragmenta huius epistolae sunt inscripta:* Petro Pistor. ep. et Rustico abbati Vallis Umbrosae, *aut similiter.*

[1] 29, 16.

1088 ex. tribus per Asiam destinatum, ne quisquam ad fidem veniens circumcisioni legis haberetur obnoxius.[1] Ipse etiam Paulus ad Galathas: *Si circumcidimini,* inquit, *Christus vobis nil proderit.*[2]

Item. (M)ulta etiam a sanctis patribus pro tempore immutata scripturarum testimonio comprobantur, sicut sancte Romane ecclesiae, cui Deo auctore deservimus, sanctus pontifex Leo neophitos ad summi sacerdotii gradum permisit ascendere, quos Pauli apostoli voce, palam est, ab eodem officio inhiberi.[3] Sicut etiam Arrianos legimus, postquam conversi sunt, in suis officiis manere permissos.

Item. Scripsistis nobis *cet. ut. ap. Mansi XX. 644.*[5] 4

---

127. *Urbanus II cuidam de sacrificiis scismaticorum scribit.*

Coll. Brit. Urb. ep. 34, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 148[b].

1089 in. ... mlis .... tano[a]. Eorum, qui in ecclesia ordinati sunt, sed ab ecclesia per scismata discesserunt, sacrificium secundum patrum auctoritatem non exsufflamus.

128. *Urbanus II clerum populumque Bergomatem, qui sint simoniaci appellandi quoque modo crimen simoniae luatur, edocet.*

Coll. Brit. Urb. ep. 39, l. l. fol. 150.

1089 Apr.–Iun. Urbanus clero et populo Pergamensi. Auctoritatis nostre statuta noveritis, quia omnes symoniacos a prave acceptis ministeriis et ab ecclesiarum potestate removemus. Eos autem symoniacos dicimus, qui vel precio vel promissione vel precibus vel servicio eius gratia intencionis impenso ordines vel honores ecclesiasticos emisse noscuntur. Quos autem omnino ab emptis officiis removendos[b] canonica sanctione precipimus, neque eis in ecclesiis, quas emerunt, potestatem habere aut ministrare facultas libera concedatur, sed, ut perfecte peccatum suum defleant et divinam[c] sibi gratiam reconcilient, ad alias ecclesias vel monasteria transeant et se sub discipline regularis cohercione servientes[d] spiritualis milicie exerciciis mancipare procurent.

[a] *Inscriptionem a bibliopega mutilatam Ewald ita supplevit in Neues Archiv V. 363:* Comiti Salernitano. *Bishop vero non scripsit* ... mtis, *sed:* ... mlis. [b] removendo *c.* [c] divina *c.* [d] *sic scripsi pro* servantes *cod.*

[1] Act. apost. 15, 22 sq. [2] Galat. 5, 2. [3] 1 Timoth. 3, 6. [4] Cf. Jaffé Reg. ed. princ. 4027.

129. *Urbanus II Willelmum regem Anglorum vituperat, quod episcopum Dunelmensem sede expulerit eumque iudicium papae postulantem prohibuerit, quominus ad sese accederet. Quem ut in integrum restituat, hortatur.*

Coll. Brit. Urb. ep. 40, l. l. fol. 150.

Urbanus Willelmo[a] Anglorum (regi).[a] Audivimus, te Dunelmensis ecclesiae presulem[1], nullis iustis precedentibus causis, episcopatu proprio expulisse, et rebus suis expoliatum contra canonum scita ad questionem iudicii coegisse, et Romanam audientiam postulantem multis modis, ne ad nos veniret, detinuisse. Quod nobis omnino grave esse, ne dubitaveris, quia contra Dominum et contra sanctorum decreta patrum id omnino esse conspicimus. Tuam ergo dilectionem rogamus et apostolica auctoritate precipimus, ut Dunelmensem episcopum episcopatus sui ditione restituas, reinvestias et post eum cum legitimis accusatoribus, si qui sunt, ad nostram audientiam venire permittas. 1089 Apr.–Iun.

---

130. *Urbanus II Sancium regem Aragonensium laudat, quod regnum suum Romanae ecclesiae tributarium fecerit. Hortatur, ne neptem invitam cuidam in matrimonium det.*

Coll. Brit. Urb. ep. 41, l. l. fol. 150[b].

Sancio regi Araconum. Fili in Christo karissime, maxime gaudemus, quia te erga Romanam ecclesiam adeo devotum agnovimus, ut caput ipsum tuum et omnes, qui sub tua dicione continentur, eidem ecclesie tributarios feceris. Quod profecto tibi regnoque tuo maximo futurum emolumento,[b] nullo modo dubitaveris. 1089[2] (Iuli 1)

De neptis tue *cet. ut in Gratiani decr. C. XXXI. qu. 2. c. 3.*[3]

---

131. *Urbanus II episcopo cuidam respondet: decernat ipse, qui lapsorum clericorum in integrum restituendi sint.*

Coll. Brit. Urb. ep. 42, l. l. fol. 150[b].

. . . . no[c] episcopo. Si quem lapsorum, presbiterorum videlicet, diaconorum[d] ac subdiaconorum pietatis et ecclesie utilitatis intuitu 1089 (Iul.)[4]

[a] *Syllaba* mo *et vox* regi *culpa bibliopegae deletae sunt.* [b] emolumentam *c.* [c] *Inscriptionem bibliopega mutilavit.* [d] diacorum *c.*

[1] Willelmum. [2] Tempus liquet ex bulla Urbani II, rogatu Sancii regis die 1. Iul. 1089 data, ap. Ramon de Huesca Iglesias de Aragon VII. 458. Cf. Jaffé ed. sec. sub dato. [3] Cf. Jaffé ed. princ. 4113. [4] De tempore vide epistolarum ordinem in secunda regestorum editione constitutum.

1089 (Iul.) pro vite melioris evidenti probitate conveniat in gradum sui ordinis reparari, tue potius prudentie intererit estimandum.

---

132. *Urbanus II archiepiscopo Rotomagensi mandat, ut viris quibusdam, qui unum poenitentiae annum in exilio peregerint, ceteros annos in patria manere concedat.*

Col. Brit. Urb. ep. 43, in cod. Mus. Brit. Add. 8873 s. XII in. fol. 150[b].

1089 (Iul.)[1] (Willel)mo (Rotoma)gensi[a] archiepiscopo. Mandamus fraternitati tuae, ut filiis, nostrarum latoribus litterarum, ea misericordia condescendas, quatinus, postquam unum indicte penitentie annum in exilio peregerint, ceteros eis in patria servare concedas, ita tamen, ut[b] eis pro exilio aliquid exiguum ad penitencias adicias; quoniam quidem uxores et filii, mater etiam vidua eorum sustentaculo, prout ipsi apud nos lacrimabiliter subgesserunt, plurimum indigere noscuntur; si tamen, ut ipsi retulerunt, coniugii vingculis[c] astringuntur, ne forte eorum coniuges, quod absit, fornicationis precipicio demergantur.

---

133. *Urbanus II clerum Elenensem armis militaribus uti et beneficia ecclesiastica sine episcopi concessione retinere vetat.*

Coll. Brit. Urb. ep. 46, l. l. fol. 151.

1089 Iul.–Sept. Clero Alano. Clericis igitur, qui in vobis sunt contra canonicam disciplinam arma militaria baiulantes et possessiones aut honores ecclesiasticos sine concessione antistitis[2] retinentes, denunciamus in nomine Domini Iesu, quatinus ab huiusmodi flagiciis desinant et sui antistitis precepta custodiant.

---

134. *Urbanus II Turgiso episcopo Abrincensi mandat, iudicet super villa Cruce inter fratres S. Michaelis et Harscoitum militem.*

Bibl. publ. Abrincens. cod. 82 in folio praefixo manu s. XII.[d]

1094 Oct. 13. Urbanus episcopus servus servorum Dei dilecto fratri T(urgiso) Abrincensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Venit ad nos Harscoitus miles, super quo monachi sancti Michaelis[3] nuper

[a] *Inscriptionem a bibliopega mutilatam restituit Bresslau in Neues Archiv V. 596 ad p. 364.* [b] ubi *c.* [c] *sic cod.* [d] *Mihi misit Leop. Delisle V. Ill.*

[1] De tempore vide Jaffé Reg. ed. sec. [2] Artaldi. [3] De periculo maris.

apud nos conquesti sunt, quod villam, que Crux dicitur, eis violen- 1094
ter abstulit, et cum eo tractavimus, ut villam eamdem predictis Oct. 13.
fratribus restitueret; tandem fide et juramento firmavit quod usque[a] ad pentecosten proximum[1] in curia tua tuo se conspectui presentaret et curie tue judicio eisdem fratribus justiciam exhibiturus. Presentium igitur litterarum auctoritate dilectioni tue precipimus, ut nulla gratia, nullo favore, nullo timore dimittas, quin utriusque causam plene discutiens justiciam inter eos Domino largiente perficias. Quod si in curia tua causa hec diffiniri non poterit aut ad curiam Rothomagensis aut Turonensis archiepiscoporum[2] prefatus miles eisdem monachis justiciam facturus infra eundem terminum, sicut firmavit, accedat. Dat. Pisis III Idus Octobris.

---

135. *Urbanus II episcopo Argentinensi nuntiat, Adelheidam in synodo Romana sanctis ascriptam esse. Memoriam eius duobus diebus, videlicet depositionis ac canonisationis, celebrari iubet.*

Ex cod. Weissenburg., nunc Wirzeburgensi Th. F. 34 fol. 85 s. XII.[b]

Urbanus episcopus servus servorum Dei O(ttoni) Argentinensi 1089–
episcopo et confratri nostro salutem et apostolicam benedictionem. 1099.
Ex consideratione pastoralis cure, quam ex ministratione apostolice sedis querimus, cui Deo auctore licet indigni deservimus, ecclesiarum, que usquam sunt, profectui invigilare ac fidelium postulationibus equitatis assensum prebere necessario compellimur, nec caritatis viscera deserere, ne dominico gregi debite consolationis suffragium videamur subtrahere. Unde visis litteris tuae dilectionis, prout ipsa res poposcit, satis digne tue petitioni condescendentes, que fraternitas tua a sede Romana quesivit, hoc annuente Deo summo studio magnaque devotione ecclesia Romana concessit. Vere quia dignum est, ut quos[c] Deus veneratur in celis, eosdem sincera laude homines venerentur in terris, Adelheidam,[3] cuius miracula per litteras tue caritatis cognovimus, necnon multorum autenticorum hominum testimoniis affirmata vera esse didicimus, dignis laudibus fratrum nostrorum episcoporum ceterorumque freti auxilio in synodo Romana intronizavimus, atque duos dies in honorem Domini nostri pro ejus celebrare[d] memoria Romana auctoritate iussimus, diem videlicet ejus depositionis et diem, in quo Romano concilio eam intronizare placuit.

[a] quousque *c.* [b] *Descripsit Ph. Jaffé, in cuius schedis reperi.* [c] que *c.* [d] *sic cod.*

[1] Mai. 13. [2] Wilhelmi et Radulfi. [3] imperatricis a. 999 defunctae, cuius epitaphium ab Odilone compositum in eodem codice supra laudato exstat; vide MG. SS. IV. 635.

136. *Urbanus II Guacelinum abbatem a congregatione Standalmontensi electum confirmat; indulget eis, ut clericos a schismaticis vel excommunicatis episcopis venientes libere suscipiant.*

Bibl. nat. Paris. Chartul. S. Petri de Monte scr. a. 1392., ms. lat. 12866 fol. 7.

1096–1099[1] Iul. 19.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis canonicis de Standalmont et familie eorum salutem et apostolicam benedictionem. Religionis vestre peticionem, quam nobis per confratres vestros et concanonicos suggessistis paterne benignitatis affectu suscepimus. Electionem igitur, quam de confratre vestro Guacelino unanimiter vos fecisse significastis, litterarum praesentium assertione firmavimus. Neque enim de vestre religionis sinceritate diffidimus, quin universa, que agitis, Dei zelo et oculo simplici faciatis. Ipsum itaque vobis in priorem ac magistrum preesse constituentes congregationi vestre et devote recipiendum et humiliter audiendum cum presentibus gratie nostre indiciis remandamus. Per ipsum vos, filii in Christo karissimi, tamquam presentes spiritu commonemus, ut acceptam divinitus gratiam bonis semper operibus prosequamini, et posteriora obliviscentes in ea, que ante sunt, plenis vos intentionis passibus extendatis, scientes procul dubio, si quid largiente Domino in suscepto proposito viriliter persistatis, nequaquam vobis apostolice sedis protectionem et gratiam defuturam. A scismaticis vel excommunicatis episcopis venientes clericos ut libere suscipiatis sine quibuslibet episcoporum ipsorum scriptis, dilectioni vestre licentiam per presentes apices indulgemus. De catholicorum vero episcoporum clericis non aliud vobis concedimus aut negamus, nisi quod per cetera canonicorum regularium loca fieri consuevit. Omnipotens Dominus in suo vos amore custodiat et ad caminum suum, qui in Iherusalem est, examinatos igne Syon pervenire concedat. Datum XIIII Kal. Augusti.

---

137. *Urbanus II litteris ad Ivonem Carnotensem et Ramnulfum Santonensem episcopos interdicit, ne quis in fratres Vindocinenses aliquam potestatem exerceat vel de rebus monasterii quicquam auferat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12780 fol. 262 manu s. XVII.

1099 (?) Mart. 14.

Urbanus[2] episcopus servus servorum Dei venerabilibus episcopis I(voni) Carnotensi et R(amnulfo) Santonensi salutem et apo-

[1] Tempus liquet ex Jaffé Reg. ed. pr. 4165. [2] An fida sit epistola haec haud scio; mirum sane est, quod et Urbani II bulla a. 1094 (Jaffé ed. pr. 4123)

stolicam benedictionem. Iuxta sanctorum canonum sanciones non ignotum vobis credimus quid[a] ultionis maneat ecclesiastici ordinis viris apostolice sedis praecepta spernentibus[b]. Ipsi enim Arvernensi concilio[1] affuistis, in quo, residentibus nobis, Galliarum episcopis dictum est, et praesentium litterarum auctoritate firmamus, ut episcopi vel archiepiscopi super quemlibet monachorum Vindocinensis monasterii potestatem aliquam exercere sive de rebus eiusdem loci quicquam distrahere non praesumant. Monasterium ipsum et res ad monasterium pertinentes beato Petro et eius Romanae ecclesiae in allodium et patrimonium oblatae sunt, ut, quicquid sine licentia Romani pontificis distractum sive diffinitum fuerit, irritum erit. Praecipimus ergo, ut, quod dictum est, omnino teneatur nec quicquam illud agere praesumatis. Sane, quod vobis dicimus, ceteris quoque episcopis praecipimus observandum. Si quis vero aliter fecerit et satisdare[c] contempserit a sanctae ecclesiae liminibus arceatur et usque ad satisfactionem excommunicationi subiaceat. Datum Romae II Idus Martii. 1099 (?) Mart. 14.

---

138. *Paschalis II Gaufrido episcopo Andegavensi officium sacerdotale interdicit, donec Maiori-monasterio de rapinis in castello Calumna factis satisfecerit. Praecipit, ut a clericis suis praebendam S. Leonardi Camiliacensem fratribus restitui iubeat.*

Bibl. nat. Paris. 1) ms. lat. 12878 fol. 372, 2) ms. lat. 12880 fol. 20[b]; duae copiae a Martenio factae.

Paschalis episcopus servus servorum Dei dilecto fratri Gaufrido[d] Andegavensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Neque litteris praedecessoris nostri sanctae memoriae Urbani[2] neque pollicitatione, quam coram eo fecisti, neque nostra praeceptione motus es, ut Maioris-monasterii fratribus aut salis pretium redderes aut convenientem concordiam faceres. Tandem ergo tibi sacerdotale officium interdicimus et castellum illud Calumnam, in quo salis rapina facta est et in quo eiusdem rapinae ministri habitant, a divinis officiis sequestramus praeter puerorum baptisma et morientium[e] poenitentias, donec aut pretium reddatur aut competens con- c. 1100 Nov. 20.

[a] quod *c.* [b] spernentes *c.* [c] enim dare *c.* [d] G 2. [e] mortuorum 2.

et Paschalis II privilegium a. 1100 (Jaffé 4352) pro monasterio Vindocinensi uno eodemque loco et die (Romae d. 14 Mart.) data sint ac Urbani epistola nostra. Cf. etiam Jaffé 4351.

[1] 1095 Nov. 18—28. [2] II.

c. 1100 Nov. 20. cordia comparetur. Praecipimus etiam iuxta Arvernensis decreta concilii,[1] ne pro altari, quod iidem fratres apud Dalmariacum possident, personam ulterius requiras, quia quod a praedecessore nostro salubriter prohibitum est, tam tibi quam ceteris episcopis et episcoporum ministris districtius prohibemus, neque ulterius de altari illo monachis ipsis molestiam inferas, sicut in supradicto concilio de tricenaria[a] altarium possessione constitutum est.[1] Clericis etiam tuis tam ex nostra quam ex tua parte interdicito, ne praebendam S. Leonardi apud Camiliacum, quam contra eorum calumniam retinent, ulterius retinere praesumant.[b] Datum Romae XII Kal. Decembris.[c]

---

139. *Paschalis II Petro domino castri Camiliacensis mandat, ut fratribus Maioris-monasterii de ecclesia S. Leonardi satisfaciat.*

Bibl. nat. Paris. 1) ms. lat. 12878 fol. 372. 2) ms. lat. 12880 fol. 20[b]; duae copiae manu Martenii factae.

c. 1100. Pascalis episcopus servus servorum Dei P(etro) castri Camiliaci domino salutem et apostolicam benedictionem. Fratres Maioris-monasterii de ecclesia sancti Leonardi apud Camiliacum non parvam injuriam per violentiam tuam a te sustinuisse conquesti sunt. Sed laetamur, quod te ipsum nunc id recognoscere et se a te diligi asserunt. Mandamus ergo strenuitati tuae, ut de ecclesia illa monachos revestias eo tenore, ut, si clerici ipsi contra eosdem monachos clamaverint, ante nos aut ante legatos nostros tempore competenti respondeant. De cetero monemus, ut monachos ipsos, sicut coepisti, diligas et veneratione debita complectaris, quatenus Dei et nostra benedictione perfrui merearis. Vale.

---

140. *Paschalis II Alfano archiepiscopo Salernitano permittit, ut in parocciis quibusdam, ubi propter hominum exiguitatem dignitas episcopalis cessaverit, denuo episcopos instituat.*

Bibl. nat. Florent. cod. II. IV. 495. s. XVI—XVII.

1102 Dec. Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri A(lfano) Salernitano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam infra terminos archiepiscopatus vestri quedam par-

[a] trigenaria 1. [b] *addit cod. 1:* Ex cartario Camiliacensi. [c] *datum deest in 1.*

[1] 1095 Nov. 18—28; canon de tricenaria altarium possessione legitur in Gratiani decr. C. I. q. 3. c. 4 et in Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 307.

rochie esse noscuntur, in quibus peccatis accolarum exigentibus, 1102 Dec.
cessante populi multitudine, cessavit dignitas episcopalis, postulavit dilectio vestra, ut, quia omnipotentis dei misericordia subveniente replete sunt populo, sicut eo cessante cessavit et dignitas, ita eo replete dignitatem reciperent, quam amiserant. Nos autem postulationibus vestris annuentes, quia populi multitudinem tantam esse audivimus, ut eis cura pastoralis sit necessaria, vestre fraternitati concedimus, ut ibi restituatis episcopos, ita quidem, ut canonica auctoritate prevideatis ordinatos et ordinandos, ne ibi nomen episcopatus vilescat.[1]

---

141. *Paschalis II Casae-dei et Aniancnsi abbatibus de cella Gordanicensi litigantibus praecipit, ut d. 25. m. Maii Valentiam ad iudicium episcoporum quorundam accedant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816 s. XVII fol. 72[b].

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabilibus filiis 1107 (?)
Casae Dei et Anianensis monasterii abbatibus salutem et apostoli- Febr. 10.
cam benedictionem. Querelam, quae inter vos agitur de cella de Gordanico, fratribus et coepiscopis nostris Gu(idoni) Viennensi, A(rberto) Avinionensi, Eu(stachio) Valentino, I(smioni) Diensi noveritis esse commissam. Vobis igitur per praesentia scripta praecipimus, ut octavo Kalendas Iunii proximi, omni occasione seposita, ad eorum iudicium Valentiam convenire curetis.[2] Quod si forte datorum[a] iudicum unum aliquem deesse contigerit, nolumus occasione hac iudicium intermitti. Quod enim a tribus unanimiter iudicatum fuerit, nos ratum habebimus. Omnino enim volumus ut de Gordanico lis omnis inter vestra monasteria sopiatur et cui iure competit cellae possessio confirmetur. Si qua vero pars subire iudicium recusaverit, causae deinceps actionem amittat. Datum Albae[3] IIII Idus Febr.

[a] *Vide in ep. d. 27. Nov. 1114 data:* quos vice nostra iudices dederamus.

[1] Epistolam Beneventi m. Dec. 1102 datam esse, ex autographo docet Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 208. [2] Ad hoc iudicium pertinere videtur instrumentum (1107 Iul.) in Gall. Christ. VI Instr. p. 297. [3] Videtur in Gallia sita. In bulla enim data d. 12. Apr. 1113 (Jaffé ed. pr. 4709) Paschalis II ita loquitur: „Eapropter opportunum duximus, dum in Galliarum partibus moraremur, controversiam illam ..... Arberto Aven., Eustachio Valent., Hismioni Diensi episcopis discutiendam ..... committere.

142. *Paschalis II infra terminos monasterii S. Theofredi hominem capi vel alias iniurias perpetrari vetat, Vulliermo abbate et Pontio episcopo Aniciensi petentibus.*

Bibl. nat. Paris. Cartul. de l'abbaye de Monestier-en-Velay s. XVII. ms. lat. 5456 A fol. 12.

1107 Iul. 20. Paschalis episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Vulliermo abbati et monachis sancti Theofredi salutem et apostolicam benedictionem. Postulationi vestrae etiam confratris nostri Pontii Aniciensis episcopi petitio sociata est, ut loca monasterio vestro proxima[a] nostrae confirmationis sententia muniremus. Sicut ergo idem frater noster Pontius episcopus ex providentia episcopalis officii instituit, nosque observanda in perpetuum sanctione sancimus, ut a rivulo Colentia usque ad rivulum Ausoniae et a villa Bonaria usque ad villam Caprariae, inter quos terminos monasterium beati Theofredi situm est, nemo aliquem hominem capere, depraedari, insilire aut disturbare praesumat, nemo ignem immittere aut rapinas audeat exercere. Si quis autem huius nostrae[b] constitutionis temerarius violator extiterit, vinculo excommunicationis teneatur adstrictus, donec omnipotenti Deo et eiusdem monasterii fratribus emendatione congrua satisfecerit. Datum XIII Kal. Augusti cum esset in Gallia apud Valentiam.[c]

---

143. *Paschalis II monachis Casalis S. Petri significat, Andream abbatem simoniae crimini non esse obnoxium, eosque monasterium derelinquere vetat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12744 s. XVII fol. 183.

1099–1111 Oct. 14. Paschalis episcopus servus servorum Dei monachis Casalis sancti Petri salutem et apostolicam benedictionem. Audivimus abbatem vestrum cum canonicis S. Cyrici quoddam placitum contraxisse, quod quidam vestrum in simoniam convertere nituntur et hac occasione monasterium exire deliberant; quae nimirum causa a priore vestro coram fratribus nostris est posita. Visum est autem nobis, idem placitum simoniaci flagitii nihil habere si, ut ab eodem fratre relatum est, se rei veritas habet. Mandamus igitur vestrae dilectioni, ut monasterium vestrum non deseratis, sed in eo, sicut promisistis, stabiles maneatis in sancta religione domino devotius servientes. Data Laterani II Id. Octobris.

[a] proximae *c.* [b] naturae *c.* [c] cum — Valentiam *alia manu addita videntur.*

144. *Paschalis II Raimundo episcopo Uceticensi mandat, ut, cella Gordanicensi monasterio Anianensi adjudicata, de ecclesia S. Martini de Plano, ad cellam pertinenti, fratribus monasterii iustitiam exhibeat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816 s. XVII fol. 73.

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri R(ai- 1113
mundo) Uzeticensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. (Apr.)
Iuxta confratrum nostrorum Ar(berti) Avinionensis, E(ustachii)[a] Valentini, His(mionis) Diensis episcoporum discussionem atque iudicium nos cellam de Gordanico Anianensi monasterio confirmavimus.[1] Praecipimus ergo experientiae tuae, ut de ecclesia S. Martini de Plano, quae ad praefatam cellam de Gordanico pertinere videtur, Anianensis monasterii fratribus debitam iustitiam exequaris, ut omnis deinceps querimonia sopiatur.

---

145. *Paschalis II cellam Gordanicensem, monachis Casae-dei abiudicatam, in possessione ac subiectione monasterii Anianensis permanere iubet.*

Bibl. nat. Paris. 1) ms. lat. 13816 s. XVII fol. 72[b], 2) Coll. Baluze 19 fol. 151 manu s. XVII.

Paschalis episcopus servus servorum Dei dilecto filio Petro 1114
Anianensis monasterii abbati salutem et apostolicam benedictionem. Nov. 27.
Causam cellae de Gordanico nos ita firmaveramus, sicut ab episcopis definitam perceperamus, quos vice nostra iudices dederamus. Ceterum neque sic Casae Dei monachi quiescentes Anianensis monasterii monachos falsitatis apud nos accusare ceperunt, quod literas ex episcoporum judicum nominibus non veras sed fictas attulerunt, seque in ea re injuriam pati clamabant. Unde oportunum duximus, eandem causam repetita tractatione discutere, ut omnem litis fomitem ab utroque monasterio removeremus. Statuto igitur tempore partes utraeque ante nostram praesentiam redierunt. Iudices iidem, videlicet Arbertus Avinionensis, Ismio Diensis, Eustachius Valentinus episcopi suas ad nos literas remiserunt, sigillis propriis nominibusque signatas, in quibus se pro praecepto nostro Valentiam convenisse, causam inter monachos Casae Dei atque Anianenses discussisse, cellam de Gordanico, de qua lis erat, monachis Anianensibus habendam ac perpetuo possidendam, dictante iustitia, censuisse et inde eis cartam fecisse significabant, ubi manibus propriis scripserunt et quam sigillorum suorum impressione signave-

[a] C. *cod.*

[1] Cf. Paschalis II bullam d. d. 12. Apr. 1113, Jaffé ed. pr. 4709.

1114 Nov. 27. runt. Cum has quoque literas Casae Dei monachi falsas assererent, Anianenses contra ad iustificandas iureiurando se paratos exhibuerunt. Ceterum fratribus nostris, qui nobiscum in tempore aderant, incongruum et plenum praeiudicio visum est, ut sigillis certis impressae literae aliis debeant probationibus certificari, cum etiam in pontificum decretis, transmarinos homines in clericatum suscipi cum episcoporum chirographis, permittatur. Sic igitur iterato iudicio statutum est, ut Anianensi monasterio cella eadem de Gordanico quieta semper et integra cum universis suis possessionibus conservetur; monachis vero Casae Dei perpetuum super eodem negotio silentium est indictum. Nos itaque, omni iam seposito velamine falsitatis et manifeste per Dei gratiam iustitiae veritate aperta, tam episcoporum, qui Valentiae negotium tractaverunt, quam fratrum nostrorum episcoporum seu cardinalium, qui Lateranis causam retractaverunt, iudicium confirmantes, nostrae auctoritatis assertione corroboramus et sepedictam cellam de Gordanico tamquam prioratum in possessione ac subiectione Anianensis monasterii perpetuo permanere sancimus, omni deinceps monachorum Casae Dei calumnia, questione et contradictione seposita. Datum Laterani per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii V Kalendas Decembris, indictione VIII, incarnationis dominicae anno MCXIIII, pontificatus autem domni Paschalis secundi papae anno XVI.

---

146. *Paschalis II Lamberto episcopo Atrebatensi veteris ac novi burgi divisionem iterum committit, ut controversia inter fratres S. Vedasti et clericos Atrebatenses tandem terminetur.*

Bibl. nat. Paris. Chart. Atrebat. s. XIII. ms. lat. 9930 fol. 9[b].

1099–1115. Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri L(amberto) Atrebatensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Veteris ac novi burgi divisionem, sicut sollicitudini tuae commisimus[1], ita etiam repetita praeceptione committimus. Abbati[2] vero sancti Vedasti praesentibus scriptis praecipimus, ut divisionem per te discussam omnino suscipiat. Neque enim aliquatenus de tua sinceritate diffidimus, quando terminos illos, quanta potueris veritate, perquiras. Porro siquidem primitiarum, decimarum et solemnium oblationum, quae in carta iudicii determinatae sunt, quod[a] ab abbate

[a] quod *addidi.*

[1] Cf. Jaffé Reg. ed. princ. 4750. [2] Aut Aloldo aut Henrico.

post iudicii nostri diffinitionem praesumptum constat, clericis resti- 1099–
tuendum praecipimus. Rursum si clerici oblationes gratuitas vel 1115.
elemosinas monasterio delegatas praeripuerint, monachis cum pace restituant. De cetero iudicium, sicut a fratribus nostris datum est, omnino facias conservari. Decimas de burgo ita sano intellectu sentimus, id est de terrae frugibus, de animalibus, sive de ceteris, quae burgensium illorum laboribus comparantur. Si qua vero pars his constitutis obedire contempserit, tua interest, eos exhibenda iusticia[a] cohercere.

---

147. *Paschalis II Lambertum episcopum Atrebatensem omnibus peccatis liberat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 57 fol. 425 manu s. xvii.

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri L(am- 1099–
berto) Atrebatensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. 1115.
Per merita beatae Mariae semper virginis et orationes sanctorum angelorum et beatorum apostolorum omniumque sanctorum omnipotens Dominus te, carrissime frater Lamberte episcope, ab omnibus peccatis absolvat et secundum fidem tuam gratiae suae tibi munus accumulet.

---

148. *Paschalis II Lamberto episcopo Atrebatensi indulget, ut in eius „potestate iudicioque rerum ecclesiasticarum dispensatio maneat.“*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 57 fol. 427 manu s. xvii.

1099–
Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Lam- 1115.
berto Atrebatensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Cum ea, quae ecclesiae sunt, iudicio et potestate pontificis, cui commissus est populus, dispensanda sint, miramur quandam in ecclesia tua consuetudinem hactenus conservari, ut videlicet in dispensationibus praebendarum, clericorum sit potestatis, tertiam cui voluerint sine iudicio praebendam tribuere. Quam nimirum consuetudinem, quia sacris est adversa canonibus, penitus interdicentes praecipimus, ut de cetero nullatenus in Atrebatensi praesumatur ecclesia, sed in tua, sicut sanctis canonibus statutum est, potestate iudicioque rerum ecclesiasticarum dispensatio maneat.

[a] exhibendam iusticiam *cod.*

149. *Paschalis II fratribus Maioris-monasterii asserit ecclesiam S. Martini de Valle, ab Ivone episcopo Carnotensi ad petitionem Adelae comitissae eiusque filiorum pro anima Stephani comitis eis collatam.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12776 s. XVII fol. 235.

1099–1115. Paschalis episcopus servus servorum Dei fratribus Maioris monasterii salutem et apostolicam benedictionem. Officii nostri nos hortatur authoritas, pro ecclesiarum statu sollicitos esse et quae recte statuta sunt stabilire. Frater siquidem noster Ivo Carnotensis episcopus ecclesiam b. Martini de Valle vestro contulit monasterio, rogantibus et conferentibus Adela comitissa et eius filiis Guilelmo et Theobaldo pro anima bonae memoriae comitis Stephani; quam nimirum episcopi concessionem et eorum comitum oblationem, sicut ab eodem fratre nostro Ivone Carnotensi episcopo rogati fuimus, decreti praesentis pagina confirmamus, ut eadem beati Martini ecclesia semper cum omnibus rebus ad eam pertinentibus in possessione monasterii vestri permaneat, abbati autem vestro cura sit, salvo Carnotensis episcopi iure canonico, disciplinae regularis studium fratribus illic habitantibus exhibere.

---

150. *Paschalis II Ivoni episcopo Carnotensi mandat, ut Ursionem et patrem eius Nevelonem, monasterii Vindocinensis malefactores, excommunicet et in terris eorum divina interdicat, donec satisfecerint.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12775 s. XVII fol. 33.

1102–15 Mart. 4. Paschalis episcopus servus servorum Dei Ivoni[a] episcopo Carnotensi. Dilectissimi filii nostri G(aufredi) Vindocinensis abbatis querelam accepimus super Ursione et Nevelone, patre ipsius, qui multa damna monasterio intulere. Qua in re super levitate vestra plurimum admiramur et admirantes afficimur, quod eorum rapinam nedum[b] digna animadversione corripueritis. Ipsos enim et omnes malefactores Vindocinenses a Romana ecclesia excommunicatos noveritis. Unde praesentibus litteris vobis praecipimus, ut, quod in ipsos ab apostolica factum sede noscitur, indicetis primatibus terrae vestrae et populis, et eos etiam ex vestra parte excommunicationi subiicite et in terris eorum divina officia interdicite, loca etiam, ad quaecumque venerint, quamdiu illic fuerint, a divinis officiis suspendantur, donec ipsi digne satisfaciant et ablata restituant. Si vero

[a] Iohanni *c.* [b] *fortasse corrigendum est* necdum *vel* nondum.

adversus abbatem causantur, quid iustitia dictante aequum fuerit, in praesentia vestra recipiant. Datum Laterani IV. Non. Martii. 1102–15 Mart. 4.

---

151. *Paschalis II monasterio Vindocinensi asserit ecclesiam S. Sepulcri, a Landrico de Balgentiaco, fundatore eius, donatam.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12775 s. xvii fol. 33.

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili congregationi Vindocinensis monasterii salutem et apostolicam benedictionem. Veniente ad me carissimo filio nostro G(aufredo) vestro abbate, didicimus, quod honorabilis vir Landricus, qui et Lancelinus a Balgentiaco dictus est, in ipso castro ad honorem Dei et salvatoris nostri Iesu Christi et eius sanctissimi sepulchri ecclesiam aedificavit et beatae Trinitati eiusque monasterio Vindocinensi cum aliquantis rebus suis donavit, quam quidem ecclesiam Radulfus filius Lancelini a probitate patris non degenerans dilexit et ornamentis ac possessionibus augmentavit. Eorum devotionem laudantes predictam ecclesiam sancti Sepulchri et omnia, quae vestro coenobio praefati obtulerunt, authoritate apostolica firmamus. Datum Laterani III. Id. Martii. 1102–15 Mart. 13.

---

152. *Paschalis II a fratribus Montis-maioris decimas de laboribus seu animalibus exigi vetat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13915 s. xvii fol. 147.

P(aschalis) episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Petro abbati et monachis monasterii Montis maioris salutem et apostolicam benedictionem. Decimas[1] a populo sacerdotibus ac levitis esse reddendas, divinae legis sanxit authoritas. Ceterum a monachis sive clericis communiter viventibus nulla ratio sinit, ut milites aut episcopi aut persona[a] quaelibet decimas de illorum laboribus propriis nutrimentisve suscipiant. Eapropter praesenti decreto interdicimus, ne milites, episcopi aut personae ceterae a vobis de laboribus seu animalibus vestris nec ab aliquibus monachis sive clericis communiter viventibus decimas de laboribus seu nutrimentis propriis extorquere aut exigere debeant. Beatus quippe Gregorius, cum de dividendis decimarum fructibus loqueretur, Augustinum Cantuariorum episcopum instruens sic ait[2]: Communi autem vita viventibus 1106–15 Dec. 9.

[a] personae *ap. Gratianum l. l.*

[1] Cf. fragmentum in Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 47. [2] Jaffé Reg. ed. sec. 1843.

1106–15 Dec. 9. iam de faciendis portionibus vel exhibenda hospitalitate et adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum, cum omne, quod superest, in causis piis ac religiosis erogandum est, domino magistro omnium dicente: *Quod superest, date eleemosynam et cetera omnia munda sunt vobis.*[1] Datum Lateranis V Idus Decembris.[a]

---

153. *Paschalis II W. archidiaconum Parisiensem, censura proposita ecclesiastica, ab iniuriis in homines monasterii S. Dionysii dehortatur.*

Tabul. nat. Paris. Chartul. S. Dionysii s. XIII. LL 1156 fol. 81.

1100–16 Mart. 23. Paschalis episcopus servus servorum Dei W. Parisiensi archidiacono salutem et apostolicam benedictionem. Sicut apud nos S. Dionysii abbas conquestus est, eiusdem monasterii homines[b] adeo pertinaciter insequeris, ut S. Genovefae presbyterum ceperis, in captionem posueris, redi(re non) feceris ac triennio iam in eodem loco divinarum officium sit interdictum. (Adver)sus presbyterum S. Remigii sept(ies?) . . . . . excommunicationis dictasti, ... villam quoque, quam . . . . nt, interdixisti. Quae(?) igitur . . . . . beati Dionysii rebus . . . . . privilegiorum a . . . . . (presum)psisti, viribus c(arere) . . . . (praeci?)pientes . . . . dimittas. Alioquin adversus temeritatem tuam sancti spiritus iuditio beati Petri mucro deseviet. Datum Lateranis X Kalendas Aprilis.

---

154. *Paschalis II Radulfo archiepiscopo Remensi interdicit, ne monasterium S. Remigii cum abbate S. Nicasii litigans inquietet. Mandat, ut aut ipse controversiam abbatum dirimat aut eos usque ad initia proximae quadragesimae ad sese mittat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 46 fol. 259 manu s. XVII.

1113–17 Oct. 12. Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri R(adulfo) Remensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Adversus fraternitatem tuam congregatio S. Remigii queritur, quod abbatis S. Nichasii causa per occasionem privilegii nostri eos vehementius aggravaveris. Quod nos profecto non parum miramur, quia et prudentiam tuam novimus et te utrique parti paternam caritatem debere sentimus. Sane si quid privilegio nostro per sub-

[a] *Verba, quae sequuntur,* † Paschalis papa II *sine dubio ex bulla plumbea olim pendenti deprompta sunt.* [b] *sic scripsi pro* bona *cod.*

[1] Luc. 11, 41.

reptionem constat appositum, nihil per hoc praeiudicii volumus vel 1113–17
locis vel personis aliquibus irrogari. Praesentibus igitur litteris Oct. 12.
sollicitudini tuae praecipimus, quatinus aut confratrum tuorum episcoporum abbatumque iudicio causam ipsam inter abbates et monasterium utrumque definias aut abbates ipsos usque proximae quadragesimae initia ad nostram praesentiam dirigas. Interim b. Remigii monasterium in suae quietis tranquillitate permaneat. Datum Anagniae IV Idus Octobris.[a]

---

155. *Paschalis II Radulfo archiepiscopo Remensi significat, sese abbates S. Remigii et S. Nicasii usque ad proximam Domini nativitatem (Dec. 25) evocasse. Addit de privilegio monasterio S. Remigii concesso.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 46 fol. 257[b] manu s. XVII.

Paschalis episcopus servus servorum Dei R(adulfo) venerabili 1113–
fratri et coepiscopo Remensium salutem et apostolicam benedictio- 1117.
nem. Fraternitatis tuae scripta suscepimus, in quibus magna diversitas videbatur, quoniam cum prius pacem inter abbates et monasteria ibi positam significabas, salva auctoritate privilegii nostri et salvo iure monasteriorum, posterius a nobis litteras fieri postulabas, ne in posterum inter eadem monasteria aliqua controversia occasione privilegii nostri posset oboriri. Nos autem, cum fratribus nostris pacis occasione ministrare optemus, scandali fomitem dare abnuimus. Propter quam causam praecipimus, et S. Remigii et S. Nichasii abbates cum privilegio nostro et cum commonitione per vos disposita usque ad proximam nativitatem Domini ad nostram praesentiam convenire. Si quid enim in scripto per nos edito corrigendum est, dignum profecto est, ut per nos potissimum corrigatur et, perspectis utriusque partis rationibus, firma pax et stabilis per nos largiente Domino supradictis monasteriis confirmetur. Illud autem privilegium, quod monachis b. Remigii te praesente et[b] consentiente concessimus, illibatum volumus custodiri. Quam ob rem sollicitudini tuae praecipimus, ut de ministris tuis, qui audacter idem privilegium infregerunt, debitam monasterio iustitiam facias. De ceteris etiam querelis fratrum b. Remigii mandamus et praecipimus, ut iustitiam sollicitius facias. Decet enim vos tanti patris filios . . . . . devotius et efficacius in eius obsequio vigilare.[c]

[a] *Epistolae huic, ex archivo Remensis archiep. desumptae, haec verba proposita sunt* Delatum a Lamberto et Godefrido. [b] et *addidi.* [c] *In capite huius epistolae, ex archivo archiep. Remensis descriptae, haec verba apposita sunt* Delatum ab Odone et Rodgero.

156. *Paschalis II Iohanni episcopo Tervannensi de Rainaldo milite scribit, qui pollicitus, sese filiam Eustachii in matrimonium ducturum esse, fide fracta aliam duxisse.*

Bibl. publ. Abrinc. cod. 146 in fol. ultimo manu s. XII.

1113–1117. Pascalis papa II Iohanni Tervannensi episcopo. Latore presentium referente cognovimus, quod Eustachius miles Rainaldum militem de fide data impetit, quod suam esset filiam in tempore accepturus, et eam in suam de manu in manum suscepit. Ceterum Rainaldus condicionaliter fidem dedisse et eam accepisse asserit. Qua condicione cassata, videlicet accipiende pecunie, alteram duxit. Igitur si per catholicos viros probare potuerit idem R(ainaldus) fidei date condicionem intersitam, etsi duxit alteram, non tenetur. Si hoc probare nequierit, de fide fracta penitentiam accipiat, sed non propter hoc eiusdem R(ainaldi) coniugium solvatur.

---

157. *Paschalis II Lambertum abbatem S. Bertini docet, clericum vel monachum ab episcopo vel abbate ad aliam ecclesiam traditum „professionis vinculo non teneri.“*

Bibl. publ. Abrinc. cod. 146 in ultimo folio manu s. XII.

1099–1118. Idem papa[1] Lamberto abbati S. Bertini. Postquam ab episcopo clericus vel ab abbate monachus de ecclesia ad ecclesiam, de monasterio ad monasterium traditur, quantum ad loci stabilitatem et abbatis obedientiam, professionis vinculo non tenetur.

---

158. *Paschalis II Alfano archiepiscopo Salernitano Nolanam et Malvitanam ecclesias asserit.*

Bibl. nat. Florent. cod. II. IV. 495 s. XVI—XVII.

1099–1118. Paschalis episcopus servus servorum Dei Alfano Salernitano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Sedis apostolice liberalitas fidelibus suis benigna solet munificentia respondere. Quia ergo dilectionem tuam circa nos et Romanam ecclesiam experti sumus, ideo, et te humiliter petente et quibusdam amicis tuis fidelibus nostris nobis instantibus, nos tam tuis quam illorum precibus inclinati, Nolanam tibi ecclesiam, sicut in authenticis tue ecclesie privilegiis continetur, adicimus,[a] salva Neapolitane querela

[a] adiscimus *cod.*

[1] Id est Paschalis II, praecedit enim epistola 156.

ecclesie. Malvitanam quoque nostri iuris ecclesiam tibi, carissime 1099–
frater, propensiori affectione concedimus, sicut in eisdem ecclesie tue 1118.
privilegiis continere videtur, salvis de cetero, si qua habet, sedis apostolice privilegiis.[1]

---

159. *Gelasius II concordiam inter Pontium abbatem Cluniacensem et Guidonem episcopum Lascurrensem super ecclesiis S. Fidis et S. Andreae factam confirmat.*

Bibl. nat. Paris. Chartul. prioratus S. Fidis s. xii. ms. lat. 10936 fol. 4[b].

Gelasius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Cluniacensis monasterii monachis salutem et apostolicam benedictionem. 1118 Dec. 12.
Controversiam, que inter Lascurrenses episcopos et cenobii vestri fratres, qui apud ecclesiam de Morlano conversantur, diutius agitata est, noveritis in conspectu nostro tenore huiusmodi definitam: Siquidem frater noster Guido Lascurrensis episcopus dimisit, dedit et concessit confratri nostro Pontio abbati vestro et Cluniacensi monasterio et monachis ibidem Deo servientibus eorumque successoribus ecclesias de Morlano, Sanctae Fidis scilicet et[a] Sancti Andree de novo burgo, cum decimis et omnibus ad easdem pertinentibus, quicquid ad Lascurrensis ecclesie ius pertinebat, hoc videlicet pacto, ut Cluniacenses monachi singulis annis viginti concas annone, cuius annone tercia pars sit frumenti, tercia milii, tercia avene eidem Guidoni successoribusque illius Lascurrensibus episcopis persolvant. Hanc concordiam, sicut apud Alestensem villam in nostra presentia facta est,[2] nos apostolice sedis auctoritate firmamus et ratam in posterum praestante Domino permanere precipimus. Datum Utice II Idus Decembris, indictione XI.

---

160. *Gelasius II ecclesiam Atrebatensem ab Urbano II „in antiquum episcopalis dignitatis statum reparatam“ confirmat. (Roberti episcopi eiusque successorum possessiones et privilegia instituit.)*

Bibl. nat. Paris. Chartul. Atrebat. s. xiii. ms. lat. 9930 fol. 50.

Gelasius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Roberto 1119
Atrebatensi episcopo eiusque successoribus canonice instituendis in Ian. 1.

[a] et *addidi.*

[1] Cf. regestum ap. Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 207 ad an. c. 1102.
[2] Exstat in chartul. fol. 5 et desinit in his verbis: Haec autem concordia facta

1119 Ian. 1. perpetuum. Certum apud nos constat, qui negotii intercessores et participes fuimus, quod institutor et predecessor noster sancte memorie Urbanus papa, ad Remensis metropolis provinciam redintegrandam animum intendens, Atrebatensem ecclesiam in antiquum episcopalis dignitatis statum reparare curavit. Unde in ea felicis memorie Lambertum episcopum religiosum ac venerabilem virum unanimi cleri plebisque consensu Atrebatensis electum consecrans, cum beato Vedasto et sanctis, qui in Atrebatensi urbe quondam praesederant, pontificibus constituit successorem per autentici privilegii paginam statuens, ut Atrebatensis ecclesia deinceps cardinalem semper episcopum sortiatur. Quicquid etiam praedictae ecclesiae beatus Remigius contulit *cet.*[a]

Datum Valentiae per manum Grisogoni sancte Romane ecclesiae diac. card., Kal. Ian., indictione XII, dominicae incarnationis anno MCXVIIII, pontificatus autem domni Gelasii secundi papae anno primo.

---

161. *Calixtus II Turgiso episcopo Abrincensi praecipit, moneat Harcoitum parochianum, ut fratribus Montis S. Michaelis ablatas villas reddat.*

Bibl. publ. Abrincens. cod. 82 in folio praefixo manu s. XII.[b]

1119 Oct. 31. Calixtus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri T(urgiso) Abrincensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Fratres monasterii sancti Michaelis de periculo maris ad nos venientes conquesti sunt, quod quidam parrochianus vester, Harcoitus[c] nomine, tres villas ad eorum ecclesiam pertinentes, videlicet Crucem,[1] Balevent et sanctum Iulium eis violenter abstulerit. Eapropter fraternitati tue precipimus, ut eum per officii tui debitum[d] moneas, quatinus predictis fratribus ablatas villas restituat et quiete dimittat, alioquin tanquam de sacrilego canonicam de eo justiciam facias. Dat. Remis II Kal. Novembris.

[a] *Cetera omisi, quia simplicem rerum iurumque confirmationem continent.* [b] *mihi misit Leopoldus Delisle V. Ill.* [c] *supra ep. 134 legitur* Harscoitus. [d] debito *c.*

est Alesti in territorio Nemausensi in presentia domni Gelasii pape secundi, Girardi Engolismensis episcopi, apostolice sedis vicarii, Richardi Narbonnensis archiepiscopi, Bosonis cardinalis presbyteri, Grisogoni cardinalis diaconi, Petri cardinalis diaconi, Durandi camerarii, Petri Cesaraugustani episcopi et aliarum religiosarum personarum. Et ut hec *cet.* [1] Cf. supra ep. 134.

162. *Calixtus II excommunicationis sententiam a canonicis Tullensibus in Theodericum de Imbertcort aliosque prolatam confirmat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16991 fol. 222 manu s. xvii—xviii.

Calixtus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Tullensis ecclesie canonicis salutem et apostolicam benedictionem. Sicut mater ecclesia devotos et obedientes filios ulnis purae caritatis amplectitur, ita rebelles et contemptores debet secundum justitiae tramitem cohercere. Sententiam[a] igitur excommunicationis a vobis canonice prolatam[b] in Theodericum de Imbertcort[c], Theodericum castellanum et Gerardum filium eius, oppressores ecclesiae vestrae, nec non in Gislebertum et complices eius usque ad condignam satisfactionem de injuria Haimoni archidiacono et eius sociis, qui in quadragesima capti fuerunt, illata nos auctoritate sedis apostolicae confirmamus. Data Laterani XV Kal. Decembris. 1122–24 Nov. 15.

---

163. *Honorius II excommunicationis sententiam a clericis Tullensibus in eos prolatam, qui bona ecclesiae diripuerant, confirmat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16991 fol. 230[b] manu s. xvii—xviii.

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Tullensis ecclesiae clericis salutem et apostolicam benedictionem. Sicut audivimus, vos super quosdam, qui bona Tullensis ecclesiae ausu sacrilego diripuerant, praedecessoris nostri felicis memoriae papae Calixti praecepto anathematis sententiam protulistis. Nos vero, quod a vobis canonice factum est, ratum habemus. Data Beneventi V Nonas Octobris. 1125 Oct. 3.

---

164. *Honorius II Henrico episcopo Tullensi mandat, commoneat Theodericum de Imbertcort eiusque complices, ut canonicis Tullensibus ablata bona restituant; nisi usque ad d. 29. Iunii fecerint, excommunicari eos jubet.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16991 fol. 230[b] manu s. xvii—xviii.

Honorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Henrico Tullensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc episcopalem cathedram tibi credas a Deo fuisse commissam, ut bonos et humiles paterna charitate diligas, pravos autem et rebelles iusta correctione satagas coërcere. Quocirca fraternitati tuae 1126 Mart. 28.

[a] sententia *c.* [b] prolata *c.* [c] Unbertcort *c.*

1126 Mart. 28. mandamus, ut Theodericum de Imbertcort, Theodericum castellanum et Gerardum filium eius, quatenus bona et possessiones Tullensis ecclesiae, quas violenter auferunt, canonicis restituant, pastorali discretione studeas commonere. Ceterum nisi praenominati malefactores usque ad proximam beatorum Petri et Pauli solemnitatem[1] satisfecerint, animadversionis canonicae in eos sententiam promulgabis.[2] Data Laterani V Kal. Aprilis.

---

165. *Honorius II Henrico episcopo Tullensi mandat, ut canonicis suis de Theoderico de Imbertcort aliisque ecclesiae malefactoribus justitiam exhibeat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16991 fol. 223[b] manu s. XVII—XVIII.

1126 Apr. 25. Honorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Tullensi episcopo[3] salutem et apostolicam benedictionem. Pastores et praelati in ecclesia Dei non, ut cartas tantum et munimina custodiant, instituti sunt, sed ut cuique suam conservent iustitiam et a pravis hominibus ecclesiastica bona defendant. Quocirca fraternitati tuae mandamus, ut ad recuperanda praedia et possessiones Tullensis ecclesiae tamquam bonus pastor et providus elabores, et canonicis Tullensibus de Theoderico de Imbertcort et de Theoderico de castello et filio ejus Gerardo, sicut per alia scripta tibi mandavimus, plenariam iusticiam facias. Data Laterani VII Kal. Maii.

---

166. *Honorius II Petro abbati Anianensi scribit, statuisse se, ut pro explendis damnis, cellae Gordanicensi illatis, ab abbate Casae-dei 50 solidi Melgorienses duobus terminis ei persolvantur.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816 s. XVII. fol. 76.

1127 Apr. 6. Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis P(etro) abbati et monachis Anianensibus salutem et apostolicam benedictionem. Controversia, quae inter vos et abbatem[4] Casae Dei super damnis ecclesiae S. Mariae de Gordanicis a monachis suis illatis diutius agitata est, per manum filiorum nostrorum cardinalium est terminata et postmodum authoritate nostra firmata, ita videlicet ut pax et concordia firma inter vos et abbatem Casae Dei et monachos futuris perpetuo temporibus observetur. Munimenta vero, quae a monachis Casae Dei super ecclesia de Gordanicis habentur, vobis reddantur, similiter et reliquiae inde ab eis ablatae, si in monasterio Casae Dei aut in eius obedientiis fuerint, restituantur. Pro

[1] Iun. 29. [2] Cf. Jaffé ed. pr. 5288. [3] Henrico. [4] Stephanum.

damnorum siquidem restauratione quingenti solidi Melgoriensis mo- 1127
netae, duobus scilicet terminis, ducenti quinquaginta proximis Ka- Apr. 6.
lendis Augusti et totidem subsequenti S. Michaelis festivitate,[1] vobis a praenominato abbate Casae Dei solventur. Abbas praeterea Casae Dei querelam, quam habebat adversum vos aut in ecclesia de Gordanicis, refutavit.

Datum Laterani VIII Idus Aprilis, incarnationis dominicae anno MCXXVII, pontificatus autem domni Honorii secundi papae anno III.

---

167. *Honorius II Stephanum abbatem Casae-dei hortatur, ut de injuriis, quas Petrus Rotbaudi aliique monachi cellae Gordanicensi intulerint, fratribus Anianensibus satisfaciat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816 s. xvii. fol. 76.

Honorius episcopus servus servorum Dei dilecto filio St(ephano) 1127
abbati Casae Dei salutem et apostolicam benedictionem. Gravamur, Apr. 26.
quoniam, sicut accepimus, apostolicis contemnis obedire mandatis. Monachi namque tui, Petrus Rotbaudi, Raimundus de Mirabello, Fulco et Amelius de Gatigis, cellam de Gordanicis[a] Anianensi monasterio in Tolosano adjudicatam concilio violenter et per potestates exteras invaserunt et bona eius saepe commoniti reddere neglexerunt. Unde in eos a fratre nostro G(alterio) Magalonensi episcopo, tunc apostolicae sedis legato, excommunicationis sententia data et a nobis est confirmata. Tu vero ipsis participans, quos ligamus, solvere niteris et sic claves beati Petri, cui a Deo ligandi et solvendi potestas est tradita,[2] evacuare contendis. Ne igitur tanti reatus[b] eorum poenam in te conversam sustineas, quod a monachis tuis commissum est, facias emendari. In ecclesiis autem, in quibus praedicti excommunicati habitant, divina non celebrentur officia. Datum Laterani VI Kalendas Maii.

---

168. *Honorius II archiepiscopum Senonensem et episcopos Meldensem et Parisiensem parochianos quosdam ab infestationibus in monasterium Latiniacense dehortari iubet.*[3]

Bibl. nat. Paris. Chartul. S. Petri Latiniac. scr. a. 1513.
ms. lat. 9902. fol. 11[b].

Honorius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus 1125–29
Hen(rico) Senonensi archiepiscopo, B(urcardo) Meldensi et St(ephano) Mart. 14.

[a] Godarnicis *cod., cf. ep. 166.* [b] *adde* poenam.

[1] d. 29. Sept. [2] Matth. 16, 19. [3] Cf. infra eiusdem argumenti ep. 174.

1125–29 Mart. 14. Parisiensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Quidam parrochiani vestri, sicut accepimus, Latigniacense monasterium multis exactionibus et importabili gravamine inquietant, vinumque sub occasione concessionis et feodi ab ipsius loci abbate[1] violenter conantur[a] exigere. Et quoniam[b] ad vestrum[c] spectat officium, ab afflictis adversa propellere, fraternitati vestrae mandamus, ut malefactores ipsos a tanta rapacitate ammonendo[d] compescere satagatis.[e] Quod si vestris salubribus exortationibus obedire contempserint, animadversionis vestrae censuram incurrant. Datum Laterani II Idus Marcii.

---

169. *Honorius II canonicis S. Martini Turonensis nuntiat, confirmare se Girardi episcopi Engolismensis sententiam, qua eis ecclesia Dociacensis adjudicata sit.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 76 fol. 275 manu Steph. Baluzii.

1128–29 Nov. 19. Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis in domino filiis Oddoni decano, Gau. thesaurario et canonicis sancti Martini Turonensis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Sancta mater et apostolica Romana ecclesia caput et cardo omnium ecclesiarum est ab ipso salvatore Ihesu Christo domino constituta. Si ergo, que constituuntur a capite, a ceteris ecclesiis irrefragabiliter observantur, et si ea, que a membris rationabiliter disponuntur, a sede apostolica roborantur, tunc universum corpus ecclesiae in unitate spiritus et vinculo pacis regetur incolume. Hoc igitur rationis tenore perpenso, sententiam venerabilis fratris nostri G(irardi) Engolismensis episcopi, apostolicae sedis legati, super ecclesia de Dociaco cum pertinentiis suis, quam vobis et ecclesie sancti Martini adiudicavit, canonice promulgatam auctoritatis nostre robore communimus, statuentes, ut nulli omnino hominum fas sit, aliqua temeritatis audacia predicte sententie contraire. Quod si quis hoc attemptare presumpserit, animadversionis apostolice censuram se noverit incursurum. Datum Laterani XIII Kal. Decembris.

---

170. *Honorius II archiepiscopo Senonensi scribit, relatum sibi esse ab Erberto abbate S. Petri vivi, eum intra tres continuos annos 200*

[a] cognantur *c.* [b] quam *c.* [c] *fortasse legendum est* nostrum; *vide infra in ep. 174* quia . . . nobis incumbit errata corrigere. [d] ammonando *c.* [e] satagari *c.*

[1] Radulfo.

libras denariorum monasterio extorsisse. A talibus injuriis desistat, praecipit.

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 46 fol. 384[b] manu s. xvii.

Honorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri He(nrico) Senonensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius noster Erbertus abbas sancti Petri vivi Senonensis conqueritur, quod tam ipsum quam monasterium sibi comissum, ecclesias et ecclesiarum suarum presbyteros gravibus exactionibus contra episcopalis officii mansuetudinem inquietes. Unde mandamus tibi, ut tam ipsum quam monasterium suum in debita pace et quiete remittas, nichilque praeter consuetudinem praedecessorum tuorum ab eo vel ecclesiarum suarum presbyteris exigere aut extorquere praesumas. Sicut enim accepimus, infra tres continuos annos ducentas libras denariorum eidem monasterio abstulisti. Et quoniam monasterium idem sub tutela nostra et defensione beati Petri est, nos illico talibus de cetero non patiemur oppressionibus praegravari. 1125–30 (Ian. 14.)[1]

---

171. *Honorius II Eustorgio episcopo Lemovicensi mandat, ut a clericis suis monasterio S. Petri Senonensi ablatas ecclesias restitui faciat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 46 fol. 383 manu s. xvii.

Honorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Eu(storgio) Lemovicensium episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Filius noster Erbertus abbas sancti Petri Senonensis super quibusdam tuis clericis conqueritur, quod ei ecclesias de Saorciaco et de Aureoludo ad suum pertinentes monasterium abstulerunt. Unde mandamus tibi, ut iniuste ablata facias ei restitui. Data Laterani XVIIII Kal. Februarii. 1125–30 Ian. 14.

---

172. *Innocentius II Gumandam et Simianam, comitissas Forcalcheriences, ac B. et R. hortatur, ne monasterium Montis-maioris super castro Pertusio inquietent.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13915 s. xvii fol. 142[b].

Innocentius episcopus servus servorum Dei illustribus feminis comitissis Forcalcheriensibus Gumandae et Simianae et B. et[a] R. nobilibus viris salutem et apostolicam benedictionem. Monasterium 1130 Sept. 22.

[a] et *addidi.*

[1] Cf. litteras subsequentes.

1130 Sept. 22. Montis maioris beati Petri iuris existit et ad sanctam Romanam ecclesiam specialiter noscitur pertinere. Antecessores siquidem vestri locum ipsum plurimum diligentes castrum Pertusium pro animarum suarum salute praefato monasterio contulerunt. Guillelmus quoque comes post longas infestationes eidem illatas iam dictum castrum per manum fratris nostri L(augerii) Avinionensis episcopi praedicto monasterio in morte sua restituit. Ideoque nobilitati vestrae per praesentia scripta mandamus, quatenus praenominatum castrum iam dictum monasterium sine inquietatione possidere et sine molestia permittatis et ab eius infestatione de cetero desistatis; alioquin praefatum monasterium sua privari iustitia nullatenus patiemur. Datum apud sanctum Aegidium X Kalendas Octobris.

173. *Innocentius II narrat, sese in octava S. Martini (18. Nov.) fratribus Montis-maioris ecclesiam S. Mariae Rocabrunensem, a fratribus Lirinensibus affectatam, adiudicasse.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13915 s. XVII fol. 141.

1130 Dec. 4. Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis P(etro) abbati et monachis Montis maioris salutem et apostolicam benedictionem. Cum apud sanctum Aegidium fuissemus,[1] super controversia, quae inter vos et Lirinensem abbatem[2] de ecclesia sanctae Mariae de Rocabruna agitabatur, vestram praesentiam nobis exhibuistis. Nos autem, quoniam tunc ad causam agendam imparati eratis, terminum vobis et illi praeteritas beati Martini octavas praefiximus. Statuto itaque termino nostro vos conspectui praesentastis et tam vestras quam abbatis Lirinensis allegationes audivimus. Asserebatis enim, praefatam ecclesiam a Bertranno, quondam Foroiuliensi episcopo, monasterio vestro fuisse concessam, e contrario vero Lirinensis abbas concessione successoris sui, Berengarii Foroiuliensis episcopi, ad suum affirmabat monasterium pertinere. Ceterum vos instrumenta ipsius Berengarii ostendistis, quibus eamdem ecclesiam vobis firmaverat atque concesserat. Postmodum vero duos testes, Guillelmum videlicet Bertranni et Augerium de Rocabruna, in medium produxistis, qui tactis sacrosanctis evangeliis firmaverunt, se vidisse tempore praedicti Bertranni Foroiuliensis episcopi monachos Montis maioris praenominatam ecclesiam sanctae Mariae de Rocabruna possedisse et annuatim de ea servitia suscepisse. Audi-

[1] A die 11. ad d. 22. m. Septembris, ut apparebit ex regestorum secunda editione. [2] Garinum.

tis igitur utriusque partis allegationibus, praedictorum testium iura- 1130
menta recipimus et, communicato fratrum nostrorum archiepiscopo- Dec. 4.
rum, episcoporum et cardinalium consilio, vobis ecclesiam S. Mariae de Rocabruna adjudicavimus et illi perpetuum silentium imposuimus. Datum apud Clarummontem II Nonas Decembris.

---

174. *Innocentius II Senonensi archiepiscopo ac Meldensi et Parisiensi episcopis mandat, commoneant parochianos quosdam, ut ab iniuriis in monasterium Latiniacense desistant.*

Bibl. nat. Paris. Chartul. S. Petri Latiniac. scr. a. 1513.
ms. lat. 9902 fol. 10[b].

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fra- 1131
tribus Hen(rico) Senonensi archiepiscopo, B(urcardo) Meldensi et Ian. 27.
St(ephano) Parisiensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Latigniacense monasterium a quibusdam parrochianis vestris variis exactionibus et multis gravaminibus, prout accepimus, infestatur; vinum siquidem occasione concessionis et feodi ab ipsius loci abbate[1] exigere per violenciam moliuntur. Quia ergo ex iniuncto[a] pastorali officio nobis incumbit, errata corrigere, fraternitati vestre[b] precipimus, quatinus eosdem parrochianos vestros commoneatis, ut ad viam racionis et iusticie redeant nec super hoc prefatum monasterium inquietent. Quod si vestris monitis parere contempserint post terciam commonicionem canonice factam, extunc infra quadraginta dies, donec satisfecerint, in eos excommunicationis sententiam promulgetis. Datum Provini VI Kal. Februarii.

---

175. *Innocentius II excommunicationem, ab Henrico episcopo Tullensi in Fridericum comitem aliosque ecclesiae invasores prolatam et a Calixto II ac Honorio II roboratam, confirmat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16991 fol. 227[b] manu s. XVII—XVIII.

Innocentius episcopus[c] servus servorum Dei dilectis filiis decano 1132
et ceteris Tullensis ecclesiae fratribus salutem et apostolicam bene- Oct. 29.
dictionem. Venerabilis fratris nostri Henrici, episcopi vestri, relatione accepimus, Fredericum comitem villas praebendarum vestrae ecclesiae inquietare et contra Romanae ecclesiae privilegia, prout asseritis, hospitalitatem, cum nullam de iure in illis contra vestram dispositionem habeat, atque alias exactiones per violentiam exigere.

[a] inueto *c.* [b] vestre *deest in cod.* [c] episcopus *omissum in cod.*

[1] Radulfo.

1113 Oct. 29. Unde etiam idem frater noster episcopus tam in ipsum quam in Theodericum de Sorceio et Gerardum, filium Theoderici castellani, pro eo, quod fundum de Commarceio ecclesiae vestrae auferunt, excommunicationis sententiam se asserit promulgasse, quae nimirum a praedecessoribus nostris Calixto et Honorio,[1] Romanis pontificibus, noscitur roborota. Nos igitur eorum praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, quod ab eodem fratre nostro tam de Frederico quam de aliis praenominatis factum est, auctoritate apostolica firmamus. Data Remis IV Kal. Novembris.

---

176. *Innocentius II abbati S. Iohannis Pratensi scribit, sese eius litem cum abbate S. Petri vivi Senonensi terminandam Eduensi et Altissiodorensi episcopis commisisse. Praecipit, ut evocatus ad eos adeat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 46 fol. 389 manu s. XVII.

1132 Febr. 10. Innocentius episcopus servus servorum Dei dilecto filio abbati sancti Ioannis de Prato salutem et apostolicam benedictionem. Controversiam, quae inter te et filium nostrum H(erbertum) abbatem sancti Petri vivi agitur, venerabilibus fratribus nostris Ste(phano) Eduensi et Hugo(ni) Altissiodorensi episcopis et dilecto filio nostro H(ugoni) abbati Pontiniacensi commisimus terminandam. Mandamus igitur tibi atque praecipimus, quatinus loco et tempore, quo ab eis vocatus fueris, eorum praesentiam adeas et, quod ab eis super eadem causa statutum fuerit, exequaris. Data Cluniaci IIII Idus Febr.

---

177. *Innocentius II fratribus S. Bertini Sithiensibus praecipit, ut Petro abbati Cluniacensi, de eorum abbatia investito, obediant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 86 fol. 166.

1132 Mart. 30. Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis monachis sancti Bertini salutem et apostolicam benedictionem. Magna nuper instantia in praesentia fratrum nostrorum archiepiscoporum, episcoporum et aliorum religiosorum virorum, qui Remis convenerant, dilectus filius noster P(etrus) abbas et fratres Cluniacenses, ut abbatiam sancti Bertini, eis a predecessoribus nostris pontificibus Romanis commissam et suis privilegiis roboratam, Cluniacensi restitueremus monasterio, postularunt. Ceterum nos, ne quid festinantius debito facere videremur, ex deliberato eorundem archiepiscoporum et episcoporum consilio preterita epiphaniae sollempnitate[2] vobis inducias dedimus, quo videlicet termino ad nostram veniretis

[1] Vide supra epp. 162—165. [2] die 6. Ian.

praesentiam praefato abbati et fratribus de sua querimonia respon- 1132
dere parati. Vos vero non venistis nec direxistis responsales, sed Mart. 30.
duo monachi ex parte venerabilium fratrum nostrorum R(ainaldi) Remensis archiepiscopi et M(ilonis) Tervanensis episcopi ac dilecti filii nostri T(heoderici) Flandrensium comitis, ut eis longiores daremus inducias, suppliciter nos rogarunt. Quorum nimirum desideriis annuentes, mediam praeteritam quadragesimam[1] vobis terminum constituimus. Sed quoniam in vestra contumacia perdurantes obedire nostris iussionibus contempsistis, nos, qui licet indigni loco b. Petri apostoli residemus et suam cuique debemus iustitiam conservare, Cluniacense monasterium de abbatia S. Bertini predecessorum nostrorum inherentes vestigiis investivimus.[2] Per apostolica igitur scripta universitati vestre mandantes precipimus, quatinus prefato filio nostro P(etro) abbati humiliter pareatis et iuxta eius dispositionem atque consilium gravem et idoneam personam vobis in abbatem, invocata spiritus sancti gratia, eligere maturetis. Datum apud Vapingum III Kal. Aprilis.

---

178. *Innocentius II archiepiscopo Vesontionensi significat, abbatem Balmensem ter evocatum, ut de quibusdam possessionibus canonicis Augustodunensibus responderet, ad sese venire contempsisse.*

Bibl. publ. Augustodun. cod. 9 s. XI—XII. fol. penultimo manu s. XII.[a]

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri 1130–
A(nserico) Bisuntino archiepiscopo salutem et apostolicam benedic- 1134.
tionem. Balmensem abbatem[3] tertio per litteras evocavimus, ut de ecclesiis et terris de Poliniaco Eduensibus canonicis responderet; et quoniam ipse ad nos venire contempnens de sua contumacia et absentia lucrari non debet, per apostolica tibi scripta precipimus, quatinus, acceptis his litteris, Eduenses canonicos eisdem ecclesiis et terris salvo jure proprio . . . . . .[b]

---

179. *Innocentius II monasterii S. Romani Blaviensis possessiones confirmat. Petrum abbatem, emergente schismate in obedientia Romanae ecclesiae persistentem, laudat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12773 fol. 66 apogr. anni c. 1680.

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilecto filio Petro 1135
abbati ecclesiae S. Romani de Blavia eiusque successoribus regu- Mart. 30.

[a] *Mihi dedit Henr. Omont Parisiensis.* [b] *cetera desunt, inferiore folii parte deleta.*

[1] diem 17 m. Mart. [2] Cf. Jaffé ed. pr. 5413. [3] Albericum.

1135 Mart. 30. lariter substituendis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium, ut fidelium devotio celerem consequatur effectum. Quia ergo, dilecte in Domino fili Petre abbas, emergente in ecclesia Dei schismate, tamquam vir catholicus in beati Petri obedientia firmiter perstitisti, gratum habemus et interventu venerabilium fratrum nostrorum, Hugonis Turonensis archiepiscopi, Willelmi Xanctonensis episcopi et magistri Gaufredi de Laureolo, honestorum siquidem et prudentium virorum, tuis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam b. Romani, cui Deo autore praeesse dinosceris, apostolicae sedis robore communimus *cet.*[a] Ut autem liberius et vitia corrigere et bonos, cooperante Domino, melius valeas sustentare, deferendi baculum inter fratres tuos, quod utique pastoralis officii signum est, ex benignitate S. Romanae ecclesiae tibi licentiam impertimur, *cet.*

Data Pisis per manus Aymerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii III Kal. Aprilis, ind. XII, incarnationis dominicae anno MCXXXV, pontificatus domni Innocentii papae II anno VI.

---

180. *Innocentius II archiepiscopis quibusdam eorumque suffraganeis, abbatibus cet. significat, sese Hugonem archiepiscopum Rotomagensem de latere suo misisse, ut Alfonsum comitem Tolosanum et Guigonem Delphinum, quorum alter in monasterium S. Aegidii, alter in ecclesiam Romanensem saevierit, coerceat. Praecipit, ut, si evocati fuerint, conveniant eique in mandatis exequendis auxilium porrigant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 56 fol. 159; ibidem 279 fol. 212[b] et fol. 221, (hanc copiam fecit Andreas Duchesne.)

1135 Aug. 31. Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus P(etro) Lugdunensi, St(ephano) Viennensi, A(rnaldo) Narbonensi, B(ernardo) Arelatensi, P(ontio) Aquensi, G(uilielmo)[b] Ebredunensi archiepiscopis eorumque suffraganeis episcopis et dilectis filiis abbatibus, clero, principibus et populo, per eorum parrochias constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Ubi maiora sanctae Dei ecclesiae emergunt negocia, ibi profecto religiosarum et sapientium personarum, praesentium hoc tempore, sunt adhibenda consilia. Huius rei gratia venerabilem fratrem nostrum Hugonem, Rothomagensem archiepisco-

[a] *Quae sequitur in codice, enumerationem bonorum, privilegiorum, testium omisi.* [b] E *c.*

pum, cuius utique prudentia, discretio et honestas et . . . . . .[a], 1135
laboribus nostris multotiens ipsius studio et experientia levigatis, Aug. 31.
in eius mora atque praesentia grata solatia obtinuimus. Verum, sicut pleniter novit fraternitas vestra, nobiles viri A(lfonsus) Tholosanus comes et G(uigo) Dalfinus, alter in monasterium beati Egidii, alter in Romanensem ecclesiam multa gravia et horrenda, prout accepimus, commiserunt; et quia[b] ipsa in beatum Petrum et sedem apostolorum redundare noscuntur, opportunum duximus, eorundem excessuum magnitudinem per sapientem personam et ad hoc idoneam, adhibito vestro consilio[c], castigare. Ut igitur tantis malis, auxiliante Domino, finis debitus imponatur, praefatum fratrem nostrum H(ugonem) archiepiscopum Rothomagensem ad partes illas de latere nostro transmittendum et ei pariter supradictarum causarum et aliorum negociorum, si quae iam in partibus illis orta sunt vel interim orientur, decisionem iniunximus. Mandamus itaque universitati vestrae et apostolica auctoritate praecipimus, quatenus eundem legatum nostrum honorifice et benigne suscipiatis, et loco ac tempore, quo ab eo vocati fueritis, ad ipsum unanimiter convenire curetis, atque in his, quae ad eadem negocia dirimenda necessaria fuerint, ei vice nostra opem et consilium pro reverentia sedis apostolicae impendatis. Illud etiam summopere curae vobis sit, ut ad ulciscendam iniuriam beato Petro et nobis illatam ab his, qui, contemptis nostris iussionibus, servare datam a nobis sententiam neglexerunt, pro debito vestri officii operam detis, ut videlicet iuxta praedicti fratris nostri deliberationem hi, qui sanctam matrem suam Romanam contempserunt ecclesiam et beati Petri claves evacuare temptarunt, dignis animadversionibus feriantur. Ipsum sane ob amorem et reverentiam eiusdem apostolorum principis honeste ac fraterna caritate suscipite et suis praeceptionibus obedite. Data Pisis II Kal. Septembris.

---

181. *Innocentius II Hugoni episcopo Altissiodorensi et Hugoni abbati Pontiniacensi mandat, ut inter abbates S. Petri vivi et S. Iohannis Senonenses et S. Iohannis Pratensem d. 4. Augusti iudicent; quod si fieri nequierit, abbates proximis Idibus Martii ad sese accedere iubet.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 46 fol. 390[b] manu s. XVII.

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fra- 1134–36
tribus Hugoni Altissiodorensi episcopo et Hugoni Pontiniacensi ab- Iun. 12.

[a] *Quamquam in codd. lacuna non est, deesse tamen hoc loco quaedam verba patet.*
[b] *sic scripsi pro* ea *cod.* [c] nostro *c.*

1134–36 Iun. 12. bati salutem et apostolicam benedictionem. Inter dilectum filium nostrum Herbertum sancti Petri vivi, Raimundum sancti Iohannis Senonensis et E.[a] sancti Iohannis de Prato abbates super quibusdam capitulis controversia agitatur, quam profecto prudentiae vestrae duximus committendam, ut videlicet pridie Nonas proximi Augusti eosdem faciatis ante vestram praesentiam convenire et, auditis hinc inde rationibus, quod iustitia dictaverit, decernatis. Quod si inter praefatos abbates per iustitiam vel concordiam componi non poterit, proximis Martii Idibus nostro se conspectui repraesentent, quod iustitia dictaverit, exequi praeparati. Praefatum autem sancti Petri vivi abbatem[b], qui de vestra[c] benignitate erga se nobis bona plurima nunciavit et de vobis valde confidit, pro nostra reverentia habeatis attentius commendatum. Data Pisis II Idus Iunii.

---

182. *Innocentius II archiepiscopo Remensi et episcopis quibusdam mandat, ut excommunicationis sententiam, in Hugonem Cholet et Germundum, generum eius, in synodo Pisana promulgatam, observari faciant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 56 fol. 135 manu s. XVIII.

1136 Iun. 19. Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus R(ainaldo) Remensi archiepiscopo, Io(sleno) Suessionensi, B(artholomaeo) Laudunensi et G(aufrido) Catalaunensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. In sede iustitie disponente Domino constituti, quod universis per orbem ecclesiis exhibere debemus, indignum non est, si ecclesiis ad sedem apostolicam specialiter pertinentibus impendamus. Hoc nimirum intuitu pro eo, quod Hugo Cholet potestatem, que Ruminiacum vocatur et de iure Compendiensis ecclesie specialiter beati Petri filia esse cognoscitur, talliis et aliis consuetudinibus et iniustis atque pravis exactionibus sepe vexaverat et a sua nequitia desistere noluit, nos, dum adhuc essemus in Francia,[1] eum anathematis vinculo innodavimus, et tam in ipsum quam in Guermundum generum eius, in sua malitia successorem, in plenaria synodo, quam Pisis Deo gratias celebravimus,[2] excommunicationis sententia sollemniter innovata, utrosque excommunicavimus et in tota terra eorum, donec resipiscant, preter infantium baptisma et morientium penitentias divina prohibemus officia celebrari. Eaprop-

[a] *an* G.? *vide ep. 183* [b] abbatem *addidi.* [c] nostra *c.*

[1] A mense Sept. 1130 ad m. Mart. 1132, vide Jaffé ed. pr. p. 562 et 568.
[2] 1135 Mai. 30 — Iun. 6.

ter dilectioni vestre mandamus et apostolica auctoritate precipi- 1136
mus, ut, omni tepiditate submota, eandem sententiam firmiter obser- Iun. 19.
vetis eamque in vestris ecclesiis renovantes inrefragabiliter obser-
vari per vestras parrochias faciatis. Data Pisis XIII Kalendas Iulii.

---

183. *Innocentius II abbati S. Iohannis Pratensi praecipit, quia tam Hugonis episcopi Altissiodorensis iudicium subire quam ad sese accedere neglexerit, ut ecclesiam cum villa Riciaci abbati S. Petri-vivi Senonensi restituat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 46 fol. 391 manu s. XVII.

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilecto filio G.[a] 1135–
abbati S. Iohannis de Pratis salutem et apostolicam benedictionem. 1137.
Debet propriae ruinae dolore prosterni, quisquis apostolicis contempnit parere praeceptis. Nos siquidem per apostolica tibi scripta mandavimus, ut aut dilecto filio nostro Her(berto) abbati S. Petri vivi in praesentia venerabilium fratrum nostrorum, H(ugonis) Altissiodorensis episcopi et H(ugonis) Pontiniacensis abbatis, de ecclesia in villa Riciaci convenires aut Idibus Martii eidem responsurus nostro te conspectui praesentares.[1] Quod minime est effectui mancipatum. Ideoque per apostolica tibi scripta mandamus atque praecipimus, quatenus eandem ecclesiam cum villa praedicto abbati restituas. Et quia rebellis et inobediens nobis extitisti, quousque nobis congrue satisfacias, interdicimus tibi sedem abbatis.

---

184. *Innocentius II canonicis ecclesiae Tornacensis praecipit, ut episcopum eligant electumque ab archiepiscopo Remensi consecrari curent. Ab obedientia episcopi Noviomensis eos solvit.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 87 manu Martenii.

Innocentius episcopos servus servorum Dei dilectis filiis E. et 1138–42
R. archidiaconis, T.[2] praeposito ceterisque canonicis Tornacensis Dec. 30.
ecclesiae, abbatibus et ceteris ecclesiarum praelatis, clero et populo, per eundem episcopatum constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Certum est, Tornacensem ecclesiam ex antiquo episcopalem sedem extitisse et pastorem proprium habuisse, cuius curam et amministrationem quamvis Noviomensis episcopus longo tempore

[a] *an E.? vide ep. 181.*

[1] Cf. supra ep. 181, die 12. Junii 1134—1136 datam. [2] Theoderico.

1138–42 Dec. 30. habuerit, non tamen Noviomensi ecclesiae subiecta aut unita fuisse legitur. In qua, sicut multorum veridica relatione comperimus, multitudo hominum tanta[a] succrevit, ut necessario proprium debeat habere antistitem, etiamsi non antiquitus habuisset. Eaedem quoque ecclesiae tanta locorum inter .....[b] ab invicem seiunctae sunt, quod ab uno pastore sine gravi animarum periculo regi vel gubernari non possunt. Igitur et sanctorum canonum constitutionibus et praedecessorum nostrorum sanctae memoriae Urbani et Pascalis, Romanorum pontificum, qui hoc ipsum deliberaverant, studio et provisione incitamur, ecclesiae vestrae pastorem proprium providere. Vestram itaque universitatem litteris praesentibus commonemus et apostolica auctoritate praecipimus, ut, communicato religiosorum et discretorum virorum consilio, idoneam et discretam personam, remotis dilationibus, vobis in episcopum eligatis, per cuius prudentiam et sollicitudinem ipsius ecclesiae honor et dignitas restauretur, et vestra devotio sub ipsius regimine gratum Domino famulatum impendere mereatur. Electum autem Remensi archiepiscopo[1] tamquam metropolitano vestro consecrandum praesentetis. Quod si forte ipse perficere noluerit, cum eodem electo ad nostram praesentiam veniatis; nos autem, quod faciendum fuerit, auctore Domino faciemus. Si vero obedientes nobis fueritis et congruum vobis pastorem, sicut supradictum est, elegeritis, a fidelitate et obedientia Noviomensis episcopi vos omnino absolvimus. Datum Lateranis III Kalendas Ianuarii.

---

185. *Innocentius II Henrico episcopo Ratisponensi mandat, ut decimas a laicis detentas ecclesiae suae recuperet.*

Bibl. reg. Monacens. cod. lat. 7804 s. XII fol. 142 vo.[c]

1132–1143. Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri H(enrico) Ratisponensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Sacrilegum esse et contra canones non ambigitur, si quisquam laicorum decimas et alia divinis usibus mancipata possidere presumat. Ideoque fraternitati tuae mandamus, ut sicut bonus pastor super commissum tibi gregem diligenter invigiles et decimas, que in tua parrochia a laicis detinentur, ad ius et dominium Ratisponensis ecclesie studeas revocare et de eorum manibus prorsus eripere.

[a] *sic cod.* [b] *supplendum videtur aut* intervallo *aut* intercessione. [c] *Descripsit Ph. Jaffé, in cuius schedis servatur.*

[1] Samsoni anno 1140 electo, postquam sedes Remensis per duos annos vacavit.

186. *Innocentius II episcopo Tolosano mandat, commoneat fratres Grandisilvae, ut ad obedientiam monasterii Cadunensis redeant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 65 manu s. xvii—xviii.

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri 1138–43
Tolosano[1] episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Cum Mai 20.
omnium virtutum stabilitas et fundamentum sit obedientia, patet profecto, quod[a] quasi ariolandi peccatum est repugnare et velut scelus idolatriae repugnare et nolle acquiescere.[2] Adversus abbatem et fratres de Grandisilva[3] gravem querelam accepimus, quod Cadunensi[4] ecclesiae subiectionem et debitam subtrahant obedientiam. Quod si verum est, per apostolica tibi scripta mandamus atque praecipimus, quatenus ipsos ad obedientiam praefatae ecclesiae redire districte commoneas. Si vero te audire noluerint, de ipsis tamquam inobedientibus plenam iustitiam facias. Datum Laterani decimo tertio Kalendas Iunii.

---

187. *Lucius II ecclesiae Tarragonensis episcopis suffraganeis, sese metropoli eorum Gregorium archiepiscopum praefecisse, nuntiat. Cui ut obediant, hortatur.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 238 fol. 173 manu s. xvii.

Lucius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus 1144
suffraganeis episcopis Tarrachonensis ecclesiae salutem et apostoli- Mart. 25.
cam benedictionem. Metropolis vestra Tarrachonensis ecclesia proprio pastore iam diu caruisse demostratur. Cuius nos destitutioni paterno affectu providere volentes, venerabilem fratrem nostrum G(regorium) propriis tamquam b. Petri manibus, spiritus sancti gratia invocata, in ea archiepiscopum consecravimus; ipsum itaque cum gratia sedis apostolicae et litterarum nostrarum prosecutione ad ipsam destinantes, per praesentia vobis scripta mandamus, quatenus debitam ei obedientiam et reverentiam humiliter exhibeatis, populum vobis a Deo commissum diligenter commoneatis atque in peccatorum suorum remissionem iniungatis, ut ad reedificationem ipsius ecclesiae suas helemosinas tribuant et in defensione christianitatis et aliis suis oportunitatibus tam vos quam ipsi opem ac consilium[b] efficaciter tribuatis. Datum[c] Laterani VIII Kal. Aprilis.

[a] quoniam *c.* [b] concilium *c.* [c] datis *c.*

[1] Aut Amelio aut Raimundo. [2] 1 Reg. 15, 23. [3] Grandisilva mon. ord. Cisterc. dioec. Tolos. [4] Cadunum mon. ord. Cist. dioec. Sarlatensis.

188. *Lucius II episcopo Vivariensi scribit de iniuriis a parochianis eius monasterio S. Theofredi illatis.*

Bibl. nat. Paris. Cartul. de l'abbaye de Monestier-en-Velay s. XVII. ms. lat. 5456 A. fol. 95. (Copia s. XVIII in Coll. Moreau 86, fol. 74.[1])

1144 Mart. 29. Lucius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri G(aucerando)[a] Vivariensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Perlatus est clamor ad aures nostras, quod uxor quondam Guilhermi Iordanis, Gerento de Mezenco et quidam alii parrochiani tui bona beati Theofredi[2], quae in commisso tibi episcopatu sita sunt, violenter diripiant et graves in eis exactiones faciant. Quia igitur tui officii est, eosdem religiosos et bona eorum a perversorum infestationibus defensare, per praesentia tibi scripta mandamus,[b] quatenus tam de supradictis quam de aliis parrochianis tuis, de quibus tibi conquesti fuerint, debitam eis iustitiam facias. Datum Laterani IIII Kalend. Aprilis.

---

189. *Lucius II episcopo Aniciensi negotium dat, ut abbati S. Theofredi de parochianis quibusdam, qui „Desiderii" vocantur, satisfaciat.*

Bibl. nat. Paris. Cartul. l. l. fol. 96 (Coll. Moreau l. l. fol. 76).

1144 Mart. 29. Lucius episcopus servus servorum Dei Hu(mberto) venerabili fratri episcopi Aniciensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad tuum spectat officium, religiosos viros et eorum loca, praecipue quae in commisso tibi episcopatu sita sunt, diligere et fovere et a perversorum incursibus defensare. Quocirca per praesentia tibi sit manifestum vel mandatum, quatenus dilectum filium nostrum B(eraldum) abbatem S. Theofredi et fratres suos iuves et manuteneas et de parrochianis tuis, qui Desiderii vocantur, et aliis, de quibus tibi conquesti fuerint, canonicam eis iustitiam facias. Dat. Laterani IIII Kal. Aprilis.

---

190. *Lucius II universo clero populoque Baiocensi commendat Philippum episcopum, qui limina apostolorum visitaverat. Hortatur, ut in bonis ecclesiae recuperandis eum adjuvent.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. nov. acqu. 1406. s. XIX.[c]

1144 Mai 16. Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbatibus, prioribus, clero et populo Baiocensis ecclesiae salutem et apostolicam

[a] S. *cod.* [b] TI. S. M. *codd.* [c] *cuius folia nondum signata sunt.*

[1] ubi perperam epistola Lucio III ascripta est. [2] Hodie: St.-Chaffre.

benedictionem. Venerabilis frater noster Philippus, episcopus vester, 1144
iuxta morem noviter intromissatorum, apostolorum limina et nostram Mai 16.
praesentiam visitavit; quem nos debita benignitate suscepimus et, ut bona Baiocensis ecclesiae, quae iam diu peccatis[a] exigentibus illicite distracta et alienata sunt, recuperet et pravas consuetudines, quae in Baiocensi episcopatu pastoris incuria et negligentia pullularunt, exstirpet, viva voce sibi iniunximus. Ipsum itaque cum gratia sedis apostolicae et litterarum nostrarum prosecutione ad sedem propriam remittentes universitatem vestram rogamus, monemus et per apostolica scripta vobis iniungimus, quatenus ipsum benigne recipiatis, affectione praecipua diligatis et honoretis eique tamquam proprio pastori et animarum vestrarum episcopo obedientiam ac reverentiam humiliter exhibeatis. Res vero ecclesiasticas et iura episcopalia, quae in ecclesiis et personis ecclesiasticis occupastis et contra Deum et animarum vestrarum salutem illicite detinetis sibi quiete et pacifice dimittatis, et tam in his quam in aliis ipsum tanquam Christi ministrum audire, excessus quoque vestros et enormitates iuxta commonitionem ipsius corrigere studeatis. Verum quoniam quidam vestrum jus suum eidem episcopo auferre contendunt, auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus monachus, clericus sive laicus placita episcopalia nisi in ipsius vel vicarii sui praesentia tractare vel diffinire vel in parochialibus ecclesiis absque ipsius assensu sacerdotes ponere vel amovere presumat, qui[b] statutis temporibus ad synodum suam[c] universaliter conveniant et praecepta synodalia, quae populo sibi commisso annuntiabit[d], attente percipiant atque episcopales redditus antiquitus canonice constitutos eidem episcopo cum integritate persolvant. Praeterea scire vos volumus, quia, sicut ex scripto praedecessoris nostri felicis memoriae papae Urbani intelleximus,[1] quoniam Baiocensis ecclesia bonorum suorum plurimam tunc temporis partem perdidit, cum Odo ipsius civitatis episcopus a germano suo Guillelmo Anglorum rege captus est,[2] quae tamen bona idem episcopus sua postmodum industria recuperavit, scripti sui auctoritate firmavit, ut Baiocensis ecclesiae bona ita semper inconcussa debeant stabilitate servari, sicut captionis illius tempore fuisse noscuntur; quia igitur nostri officii est, ecclesiarum quieti paterna sollicitudine providere, eiusdem praedecessoris nostri vestigiis inherentes eandem constitutionem apostolicae sedis auctoritate firmavi-

[a] *sic scripsi pro* praelatis *c.* [b] *an corr.* sed? [c] suum *c.* [d] annuntiens *c.*

[1] Iam non exstat epistola haec. [2] Cf. Jaffé Bibl. II. 518. 570.

1144 Mai 16. mus atque donationes, venditiones seu quaslibet alienationes de bonis vel de possessionibus Baiocensis ecclesiae per episcopos, qui post ipsum Odonem in eadem ecclesia praefuisse noscuntur, factas, quoniam sicut accepimus dilapidatores bonorum ecclesiae Baiocensis extiterunt et tam thesaurum quam possessiones fere ad nihilum redegerunt, evacuamus et irritas esse censemus. Unde per apostolica vobis scripta mandamus, ut vos, qui eiusdem ecclesiae possessiones et bona qualibet concessione eorundem episcoporum detinetis, eidem episcopo cum integritate reddatis, sicut per legitimos testes iuramento probari fecerit, Baiocensem ecclesiam tenuisse tempore Oddonis episcopi in dominicatura vel in feodo; alioquin excommunicationis vel interdicti sententiam, quam iuxta dicti praedecessoris nostri Urbani institutionem in vos canonice promulgaverit, nos auctore Domino ratam habebimus. Datum Laterani decimo septimo Kalendas Iunii.

---

191. *Eugenius III Arnulfo episcopo Lexoviensi praecipit, ne monasterium Beccense inquietet vel ab aliquo inquietari patiatur.*

Bibl. nat. Paris. 1) Coll. Baluze 120 fol. 65 manu Steph. Baluzii, 2) ms. lat. 16992 fol. 114 manu s. XVII—XVIII.

1145 Mai 8. Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Arnulfo Lexoviensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Non ignorat tua fraternitas, quod venerabilia loca cum bonis et possessionibus suis nullis debent gravaminibus concuti, nullis molestiis agitari. Ideoque per apostolica tibi scripta mandamus atque praecipimus, quatinus Beccense monasterium super his quae in tuo episcopatu canonice adquisita[a] praedecessorum tuorum tempore iuste possedit, in nullo possessionem ejus inquietes nec ab aliquo inquietari permittas. Si quis etiam de subditis tuis eidem monasterio aliquid de iure suo offerre voluerit, non prohibeas neque aliquod ei exinde impedimentum facias. Data Viterbi[b] VIII Idus Maii.

---

192. *Eugenius III canonicis S. Stephani Vesontionensibus mandat, ut privilegium, quo pascua quaedam ad monasterium Bellae-vallis pertinentia confirmaverit, sibi reportent et de subreptione respondeant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 870 fol. 138 manu s. XVIII.

1145–46 Nov. 28. Eugenius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis canonicis sancti Stephani Bisuntini salutem et apostolicam benedictio-

[a] adquisitis *cod.* [b] Viterbii 2.

nem. Quanto amplius beati Stephani ecclesiam et personas vestras 1145–46
diligimus, tanta magis miramur et gravius ferimus, si quid a vobis Nov. 28.
vel per vos contra honestatem vestram factum esse cognoscimus. Significatum nobis est, quod in privilegio, quod per venerabilem fratrem A(medeum) Lugdunensem archiepiscopum nobis transmissum[a] vobis fecimus innovari, pascua de Valeriaco, quae religiosi fratres nostri Speciosae vallis[1] possident, confirmari fecistis. Quod quantum sit rationi contrarium et vobis inhonestum, prudentiam vestram non debuit latuisse. Quia igitur nostri officii est male acta corrigere, eandem confirmationem et inscriptionem auctoritate apostolica evacuamus et irritam esse censemus, per apostolica vobis scripta praecipientes, quatinus privilegium ipsum proximis octavis paschae[2] nobis reportetis et de surreptione[b] respondeatis. Datum Viterbii IIII Kalendas Decembris.

---

193. *Eugenius III monachis Exiensibus salutationem denegat, quia cum B. monacho Moissiacensi, ab Alberico Ostiensi excommunicato, communicaverint. Hortatur, ut abbatem eligant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Doat 128 fol. 229[b] manu s. XVII.

Eugenius episcopus servus servorum Dei monachis Exiensibus. 1146
Quod vos[c] de beati Petri et nostra gratia minime salutamus, ne- Mart. 6.
quaquam nostrae severitati sed praesumptioni vestrae potius deputetis. Sicut enim venerabilis fratris nostri A(lberici) Ostiensis episcopi attestatione et fratrum Moisiacensis monasterii relatione cognovimus, Exiensis ecclesia ex dono et concessione Romanorum pontificum regimini et ordinationi Cluniacensis monasterii subdita est, nec absque Cluniacensis abbatis providentia et consilio abbas ibidem est eligendus; quo contra, sicut eorundem fratrum querimonia didicimus, monachus quidam B. nomine, professus Moysiacensis monasterii, per quorundam insipientium electionem nomen abbatis subnititur[d] usurpare et Exiensem ecclesiam a subiectione Cluniacensis monasterii et Moysiacensis omnino subtrahere. Unde . . . . .[e] contemnunt[f] ab eodem fratre nostro Ostiensi episcopo et abbatibus suis, Cluniacensi videlicet et Moysiacensi, excommunicationis est vinculo innodatus. Vos autem eidem excommunicato, prout nobis significatum est, communicare praesumitis atque ipsius excommunica-

[a] transmisso *c.* [b] surrectione *c.* [c] nos *c.* [d] subnituntur *c.* [e] *lacuna in cod.* [f] *sic scripsi pro* contemnent *cod.*

[1] seu Bellae-vallis, cf. G. Chr. XV. 239. [2] aut 7. Apr. 1146 aut 27. Apr. 1147.

1146 Mart. 6. tionis et nequitiae vos ipsos constituitis.[a] Quia igitur nostri officii est, male acta corrigere et fratrum nostrorum bene gesta firmare, eandem excommunicationem in ipsum B. et complices suos canonice promulgatam sedis apostolicae auctoritate firmamus et ratam manere censemus. Vobis autem praecipiendo mandamus, ut infra diem, quem Cluniacensis abbas seu Moysiacensis vobis praefixerint, iuxta antiquam consuetudinem et privilegiorum sedis apostolicae tenorem de Moisiacensi conventu vobis abbatem concorditer eligatis. Datum Transtiberim secundo Nonas Martii.

---

194. *Eugenius III suffraganeos ecclesiae Remensis hortatur, ut Anselmum Tornacensem tamquam fratrem et coepiscopum diligant neve a Simone episcopo Noviomensi inquietari eum sinant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 88[b] manu Martenii.

1146 Mart. 15. Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Remensis ecclesiae suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem. Praedecessor noster felicis memoriae papa Innocentius,[1] quot animarum et corporum damna et pericula in proprii pastoris absentia Tornacensis populus incurreret, per religiosos viros cognoscens, tot malis occurrere decrevit et canonicam electionem fieri in ecclesia Tornacensi praecepit. Sed quia, diversis causis intervenientibus, tantum bonum tempore suo consummari non potuit, nos virorum religiosorum et discretorum precibus et crebris exhortationibus incitati, quod ab ipso inceptum est Domino auctore complevimus atque dilectum filium nostrum A(nselmum) abbatem S. Vincentii Laudunensis, spiritus sancti gratia invocata, in Tornacensem episcopum consecravimus.[2] Quia igitur particeps mercedis existit, qui bonorum operum se adjutorem praebet, per apostolica scripta universitatem vestram rogamus, monemus et monendo praecipimus, quatenus ipsum tamquam fratrem et coepiscopum vestrum diligatis et honoretis et in suis oportunitatibus opem ei et consilium praebeatis. Si vero frater noster S(imon) Noviomensis episcopus eum vel suos per se sive per summissam personam vexare vel inquietare praesumpserit, una cum venerabili fratre nostro S(amsoni) Remensi archiepiscopo ipsum a tanta praesumptione districte desistere cogatis. Data trans Tyberim Idibus Martii.

[a] socios *aut* participes *aut simile verbum excidisse patet.*

[1] II. [2] die 10. Mart., vide Hist. Tornac. L. IV. c. 6 in MG. SS. XIV. 345, ubi perperam dies 25. Mart. annusque 1145 notatur.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE

195. *Eugenius III canonicos Tornacenses hortatur, ut Anselmo episcopo a sese consecrato obediant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 85 manu Martenii.

Eugenius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis canonicis Tornacensis ecclesiae salutem et apostolicam benedictionem. Sollicite considerare vos convenit, ut, quia per Dei gratiam et sanctae Romanae ecclesiae sollicitudinem et providentiam pastorem proprium obtinetis, sic ipsius liberalitati respondere et, quod a nobis super hoc factum est, in sua firmitate manutenere curetis, ut eadem mater vestra sancta Romana ecclesia de vestrae devotionis studiis gratuletur atque honor Dei et ecclesiae suae in hoc facto, sicut speravimus, augeatur. Quocirca per apostolica[a] universitatem vestram rogamus, monemus atque praecipimus, quatinus venerabilem fratrem nostrum A(nselmum), quem, spiritus sancti gratia invocata, vobis in episcopum consecravimus, tamquam boni filii sincero affectu diligatis et honoretis et debitum ei honorem et reverentiam humiliter exhibeatis; in suis quoque necessitatibus sic ei providere et tales erga eum in omnibus vos ipsos exhibere studeatis, ut Deus exinde honoretur et eadem ecclesia mater vestra sub ipsius regimine et providentia, vestro annuente studio, tam spiritaliter quam corporaliter gratum Domino suscipiat incrementum. Quidquid enim honoris et reverentiae sibi exhibitum fuerit, nobis ascribemus[b], et si quid injuriae vel molestiae, quod non credimus, irrogatum nobis imputabimus. Data Transtyberim Idibus Martii. 1146 Mart. 15.

---

196. *Eugenius III episcopis ecclesiae Bituricensis suffraganeis praecipit, ut Petro archiepiscopo obediant et ad concilia eius, bis in anno celebranda, accedant.*

Bibl. nat. Paris. Chart. Bituric. s. XIII. ms. lat. nov. acqu. 1274 fol. 20[b].

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus episcopis Bituricensis ecclesiae suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem. Equum et rationabile est, ut, qui multis laetatur praeesse subditis, suis nullatenus erubescat subesse praelatis. Obedientia namque sola est, quae fidei meritum possidet, sine qua infidelis quis esse convincitur, etiamsi fidelis existere videatur. Quocirca per apostolica vobis scripta mandamus atque praecipimus, 1146 Mart. 26.

[a] *addendum videtur* scripta. [b] *sic scripsi pro* ascribimus *cod.*

1146 Mart. 26. quatinus venerabili fratri nostro P(etro) Bituricensi archiepiscopo tamquam proprio metropolitano obedientiam ac reverentiam humiliter exhibeatis et[a] ad vocationem ipsius pro conciliis iuxta statuta canonum celebrandis bis in anno conveniatis. Datum Sutrii VII Kalendas Aprilis.

---

197. *Eugenius III Magalonensem et Biterrensem episcopos hortatur, ne monasterium Anianense indebitis exactionibus aggravent.*

Bibl. nat. Paris. 1) ms. lat. 12760 s. XVII. fol. 326; 2) fragm. in ms. lat. 13816 s. XVII. fol. 78.

1146 Nov. 11. Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus R(aimundo) Magalonensi et B(ermundo) Biterrensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Perlatus est clamor ad aures nostras, quod ecclesias Anianensis monasterii iniuste gravatis et earum ministris indebitas exactiones imponitis atque ab ipsis monachis fideiussores exigitis. Idcirco[b] per praesentia vobis scripta praecipiendo mandamus, quatinus a gravaminibus et exactionibus indebitis omnino desistatis et ab ipsis monachis, quamdiu exequi iustitiam voluerint, fideiussores vel pignora nullatenus exigatis. Nichilominus quoque praecipimus vobis, ut parrochianos vestros, qui bona eiusdem monasterii sub nomine feudi detinent, districte commoneatis, ut abbati et monachis debitum impendant obsequium; alioquin sciant, se sacrilegium committere et periculum aeternae damnationis incurrere. Vos igitur pro vestri officii debito usque ad condignam satisfactionem de ipsis iustitiam faciatis. Datum Viterbii III Id. Novembris.

---

198. *Eugenius III Raimundum episcopum et archidiaconos Magalonenses hortatur, ne abbatem Anianensem in meliorandis monasterii possessionibus apud S. Aricium sitis prohibeant vel ab aliis prohiberi sinant.*

Bibl. nat. Paris. 1) ms. lat. 12760 s. XVII. fol. 325; 2) fragm. in ms. lat. 13816 s. XVII. fol. 78.

1146 Nov. 11. Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri R(aimundo) episcopo et archidiaconis Magalonensis ecclesiae salutem et apostolicam benedictionem. Filius noster G(uilelmus) abbas Anianensis monasterii cum quibusdam fratribus suis venit ad nostram praesentiam et sedis apostolicae patrocinium a praedecessoribus nostris Anianensi monasterio iam diu concessum a nobis suppliciter impetravit. Inter cetera vero ecclesiae suae negotia significavit nobis,

[a] et *addidi.* [b] Quocirca 2.

quod in quadam possessione sui monasterii, quae apud S. Aricium sita est, coelificia facere et ea ad utilitatem ipsius monasterii meliorare intendit, sed a quibusdam illius terrae hominibus prohibetur. Ideoque per apostolica vobis scripta praecipiendo mandamus, quatenus possessionem ipsam ad commodum ipsius monasterii legitime meliorare nec ipsi prohibeatis nec ab aliis prohiberi vel impediri permittatis. Si quis autem hoc temere impedire praesumpserit, debitam de ipso iustitiam faciatis. Datum Viterbii III Id. Novembris. 1146 Nov. 11.

---

199. *Eugenius III Iocelino episcopo Sarisberiensi malefactorum ecclesiae puniendorum facultatem dat. Scribit de presbytero, cuius manus a praedone mutilata sit. Clericos laicorum ministros fieri vetat. Addit de eis, quos Stephanus Anglorum rex seu adversarii eius, occasione belli pro regno gesti, exheredavernut.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 115. Scripsit Martene.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Ioc(elino) Sarisberiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Litteras fraternitatis tuae et nuncium communem videlicet filium nostrum Robertum presbyterum debita benignitate suscepimus et oppressione ecclesiae tibi a Deo commissae, quam ex eis intelleximus, affectione paterna compassi sumus. Ideoque paci ut tranquillitati eius intendere cupientes, malefactores tuos animadversione debita coerceri praecipimus eosque severiori vindictae, nisi resipiscant et a sua pravitate desistant, pro debito officii nostri subiicere parati erimus. Ad hoc scientes, quod per omnes provincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanant, tuae sollicitudinis vigilantiae et consultis respondere duximus, ut inde regulam sumas et certitudinem in rebus dubiis, ubi caput est et initium ecclesiasticae institutionis. Presbyterum itaque, cuius duos digitos cum medietate palmae a praedone abscissos esse significasti, missam celebrare non permittimus, quia nec secure propter debilitatem nec sine scandalo propter membri deformitatem haec fieri posse confidimus. Ipsum autem in ceteris officio sacerdotali fungi, minime prohibemus[1] iuxta illud Gelasii:[2] Praecepta canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium venire non patiuntur debiles corpore, ita et, si quis fuerit in eo constitutus ac tum fuerit sauciatus, amittere non potest, quod tempore suae sinceritatis accepit. Et ex Ni- 1146 Nov. 26.

[1] „Presbyterum — prohibemus“ leguntur etiam in Decr. Greg. L. III. t. 6 c. 2. [2] Jaffé ed. sec. 706.

1146 Nov. 26. caeno concilio[1]: Si quis a medicis per languorem defectus est aut a barbaris abscissus, hic in clero permaneat. Praeterea[2] clerici, qui, relicto habitu suo et officio, intonsi et tamquam laici conversantur, si in criminibus comprehensi teneantur, per ecclesiasticam liberari iustitiam non praecipimus; tales enim inter apostatas numerandos esse, sanctorum patrum[a] statuta declarant. Sacerdotibus[3] autem et clericis tuis publico denuncies, ne ministri laicorum fiant nec in rebus eorum procuratores existant; quod si postmodum fieri praesumpserint et occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam a laicis capiantur, indignum est, eis ab ecclesia subveniri, per quos constat in ecclesia Dei scandalum generari. Nemo autem militans Deo implicat se secularibus negotiis.[4] Nam et sacris canonibus et humanis etiam legibus cautum est, ne clerici laicis ministerium praestent nec conductores agrorum nec procuratores eorum ullatenus esse praesumant. Pro his autem quos dilectus filius noster S(tephanus) illustris rex Anglorum sive adversarii eius ante crucis susceptionem occasione guerrae pro regno habitae exheredarunt, ecclesiasticam nolumus iustitiam exhiberi. Postremo vero nostrum consuluistis apostolatum super possessionibus, quas domini earum occasione guerrae in partibus illis iam amissas et ab aliis occupatas tamquam devotionis intuitu monasteriis sive aliis piis locis tribuunt; sed qui eas occupant, eidem locis nullatenus in pace dimittunt. Qua in re nulla eos volumus ecclesiastica districitionis censura coerceri; rem enim litigiosam ecclesiis sive aliis piis locis non licet recipere nec his, qui eam amisisse videantur, quod iam non habent, aliquo titulo alienare. Tu vero, dilecte frater, in Domino confortatus viriliter agas et ita in his, quae ad episcopale officium pertinent, temet ipsum laudabiliter exerceas, ut Deus exinde honoretur et ecclesia a Deo tibi commissa sub tuo regimine tam spiritualiter quam temporaliter[b] praestante Domino augeatur. Datum Viterbii VI Kal. Decembris.

---

200. *Eugenius III clero et populo Tornacensi Anselmum episcopum a sese redeuntem commendat praecipitque, ut in bonis ecclesiae recuperandis eum adjuvent.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 88[b] manu Martenii.

1147 Iun. 13. Eugenius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis clero et populo Tornacensi salutem et apostolicam benedictionem. Memo-

[a] fratrum *c.* [b] temporaliter *addidi; cf. infra ep. 207.*

[1] Canon I ap. Mansi II. 667, Hefele I. 376. [2] „Praeterea — non praecipimus liberari" leguntur etiam in Decr. Greg. L. V. t. 9. c. 1. [3] „Sacerdotibus — generari" leguntur in Decr. Greg. L. III. t. 50. c. 2. [4] 2 Tim. 2, 4.

riter retinere vos credimus, quia nos animarum vestrarum saluti 1147
et paci vestrae providere volentes dignitatem episcopalem, quam a Iun. 13.
longis retro temporibus perdiderat, ecclesiae vestrae restituimus atque venerabilem fratrem nostrum A(nselmum) vobis in episcopum Domino auctore consecravimus[1]; quem ad nostram praesentiam venientem paterna caritate recepimus et cum gloria sedis apostolicae et litterarum nostrarum prosecutione ad ecclesiam suam remittimus. Ideoque per apostolica scripta universitati vestrae mandamus atque praecipimus, quatenus ipsum benigne recipiatis, diligatis et honoretis eique tamquam proprio pastori et animarum vestrarum episcopo obedientiam et reverentiam humiliter deferatis. In recuperandis quoque et restituendis bonis Tornacensis ecclesiae matris vestrae, quae a longo tempore injuste alienata sunt et illicite detinentur, sic eum viriliter adjuvetis, ne liberalitatis vel benignitatis sedis apostolicae vobis exhibitae immemores vel ingrati appareatis. Data Meldis[a] Idibus Iunii.

---

201. *Eugenius III Hugoni archiepiscopo Rotomagensi mandat, moneat Ricardum et Henricum, milites templi, ut villam „Reimberti ulmus" a Willelmo comite Pontivorum acceptam fratribus Troarnensibus reddant aut cum eis transigant aut denique ad sese accedant. Praecipit, ut a Willelmo de Mauretania famulum monasterii injuste captum dimitti curet.*

Bibl. nat. Paris. Chartul. Troarnense saec. XIII ex. vel XIV in. ms. lat. 10086 fol. 113.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri 1147.
H(ugoni) Rotomagensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Ricardi Troarnensis abbatis et fratrum suorum ad nos querela pervenit, quod Willelmus comes Pontivorum villam, que dicitur Reimberti ulmus, que iuris ecclesie sue sicut asserit esse dinoscitur, sibi violenter abstulerit, quam per manum ipsius milites templi Ricardus et Henricus, eis reclamantibus et contradicentibus, receperunt[2]; praeterea de Willelmo de Mauritania gravem et detestabilem iniuriam sibi et ecclesie sue nichilominus intulisse queruntur. Famulum siquidem eiusdem ecclesie, sicut in eorum assertione consistit, monastici ordinis reverencia et Domini timore con-

[a] Meldi *cod.*

[1] Die 10 Mart. Cf. supra epistolam 194. [2] De hac controversia vide documenta, quae edidi in Archives de l'Orient latin II. 251 sq.

1147. tempto, sua violencia cepit et, ut se ipsum redimat, corporis districtione compellit. Quia igitur nostra intencio est, ecclesiarum quieti ac defensioni intuitu caritatis intendere, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si eorum querimonia veritate fulcitur, praefatos milites templi ab illa usurpatione desistere destricte commoneas aut inter eos ita componere studeas, ne ad aures nostras de cetero super hoc querela perveniat. Si autem neutrum valebis efficere, ipsos ad nostram presentiam cum tuis litteris, cognita plenius veritate, transmittas. Praedictum vero Willelmum, qui famulum in captione tenere praesumit et illorum, in quorum terra ut se redimat detinent,[b] nisi tua commonicione dimiserint, ecclesiastica eos censura coerceas.

---

202. *Eugenius III iudicium inter Guilelmum abbatem Anianensem et fratres S. Sepulchri super ecclesia S. Salvatoris de Rubo latum approbat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816 s. XVII fol. 78[b].

1148 Apr. 12. Eugenius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Guillelmo abbati S. Salvatoris Anianensis monasterii eiusque fratribus salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam ad nostrum spectat officium pro universis ecclesiis sollicitudinem gerere, oportet nos earum paci et tranquillitati modis quibus possumus providere. Eapropter, dilecti[c] in Domino filii, controversiae, quae inter vos et canonicos S. Sepulchri super ecclesia S. Salvatoris de Rubo longo fuit tempore agitata, finem imponere cupientes, causam ipsam dilectis filiis nostris Iulio presbytero[1] et Iacinto diacono[2] cardinalibus audiendam terminandamque commissimus. Qui rationes utriusque partis diligentius ex scripto, quod venerabilis frater noster R(aimundus) Arelatensis archiepiscopus nobis direxerat, qui eandem causam ex mandato nostro discusserat, cognoverunt, quod tres testes in praesentia eiusdem archiepiscopi a vobis producti, adversa parte praesente nec negante, iureiurando monstrarunt, abbatem Anianensem de praefatae ecclesiae possessione violenter expulsum fuisse. Alii quoque duo in praesentia eiusdem archiepiscopi iuraverunt, monasterium Anianense per quadraginta annos et eo amplius ante expulsionem inconcusse praefatam ecclesiam possedisse. His itaque

[a] *verba* illorum *usque ad* detinent *librarii culpa corrupta sunt.* [b] dilecti *deest in cod.*

[1] Cardinali tit. S. Marcelli. [2] S. Mariae in Cosmidin.

rationibus et aliis pluribus ex utraque parte inspectis, iam dictam S. Salvatoris ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus vobis et vestro monasterio adiudicarunt et praedictis canonicis super eadem causa perpetuum silentium indixerunt. Nos autem, quibus a Deo est concessa potestas, male acta corrigere et bene acta firmare, iudicium ipsum datum a praedictis filiis nostris cardinalibus confirmamus et in perpetuum absque refragatione ratum manere decrevimus. Si quis autem huius nostrae confirmationis paginam sciens etc.[a] 1148 Apr. 12.

(In cod. additum est.) De hac re scribit etiam episcopo Magalonensi et mandat, ut Anianenses in possessionem inducantur et conserventur. Datum Remis II Idus Aprilis.

---

203. *Eugenius III confirmat subiectionem eremitarum quorundam apud Fontem Gehardi viventium, qui se suaque bona, assensu Willelmi episcopi Cenomanensis, Maiori-monasterio tradiderint.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12880 fol. 196. Scripsit Martene.

Eugenius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Guarnerio abbati Maioris monasterii eiusque fratribus salutem et apostolicam benedictionem. Quemadmodum apostolicae sedis auctoritas habet male[b] acta corrigere, ita eiusdem est bene acta firmare. Ex litteris siquidem venerabilis fratris nostri W(illelmi) episcopi Cenomannensis inspeximus, quod quidam homines apud Fontem Gehardi habitantes, nomine heremitae, sed nulla ecclesiastica vel patrum institutione vivebant, quibus tandem divinitus inspiratis placuit, ut sub potestate fratrum Maioris monasterii regulariter et ordinate Domino deservirent et tam se quam sua eorum arbitrio et dispositioni committerent. Eorum itaque proposito et voluntati praefatus Cenomanensis episcopus praebuit assensum et iuxta votum eorum, quod fecerant, scriptorum suorum memoria confirmavit. Nomina vero eorum, quae praefato monasterio contulerunt, praesenti pagina duximus annotanda: Fons Gehardi, Mons Guidonis, Linee, Hemenart, Sapientia, sancta Trinitas de Palea, S. Martinus de Sezeio, Boscus Roberti, Mexgirard, Lahaia de Ingrandia, Eleemosyna de Pomario, quam Odo de Raderaria dedit, duo loca in Andera, scilicet S. Gregorius de Stagno, Doit Parfund. Haec igitur, quemadmodum a praedictis hominibus vobis concessa sunt et 1148 Apr. 16.

[a] *sic cod. Vide finem sequentis epistolae.* [b] mala *cod.*

1146 Apr. 16. scripto praefati episcopi confirmata, nos quoque apostolicae sedis vobis auctoritate firmamus et praesentis scripti munimine roboramus. Si quis autem contra huius nostrae confirmationis paginam sciens temere venire tentaverit, omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius indignationem incurrat. Datum Remis XVI Kal. Madii.[1]

---

204. *Eugenius III episcopis quibusdam praecipit, ut presbyteros a fratribus S. Genovefae electos in ecclesiis eorum ad curam animarum admittant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 55 fol. 161[b] manu s. XVII.

1149 Febr. 25. Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus T(heobaldo)[a] Parisiensi, I(ocelino) Suessionensi, M(anassi) Meldensi, P(etro) Silvanectensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Ecclesia S. Genovefae Parisiensis, sicut accepimus, quasdam capellas in vestris episcopatibus habet, in quibus presbiteros iuxta canonum sanctiones eligere debent. Ideoque per praesentia vobis scripta mandamus, quatinus fratribus eorum, quos ipsi vobis praesentaverint in eisdem ecclesiis statuendos, nisi aliquid obviet, quod sacris canonibus contradicat, curam animarum absque difficultate committatis eosque pro b. Petri et nostra reverentia manutenere curetis. Datum Viterbii V Kalendas Martii.

---

205. *Eugenius III Bernardo Clarevallensi mandat, efficiat apud Balduinum episcopum Noviomensem, ut fratribus S. Martini de Campis pro altari ablato congruam recompensationem provideat.*

Bibl. nat. Paris. Chartul. S. Mart. de Campis s. XII.
ms. lat. 10977 fol. 94.

1152 Ian. 9. Eugenius episcopus[b] servus servorum Dei B(ernardo) Clarevallensi abbati.[c] Dilectorum filiorum nostrorum prioris[2] et fratrum Sancti Martini de Campis[3] conquestionem accepimus, quia[d] de quodam altari, quod a venerabili fratre nostro B(alduino) Noviomensi episcopo ipsis aufferri permisimus, gravem iacturam sustineant, et[e]

[a] S. *cod.* [b] episcopus *deest in cod.* [c] *Integra inscriptio sine dubio haec erat:* carissimo in Christo filio B. C. a. salutem et ap. bened. [d] quia *addidi.* [e] et *addidi.*

[1] Non parvi momenti haec epistola est ad illustrandam Fontis Gehardi historiam, cujus exordia adhuc incerta esse docet Gallia Christiana XIV. 441.
[2] Simonis. [3] apud Parisios.

ut eis super hoc paterne provideremus, nos suppliciter exorarunt. 1152
Quorum necessitatibus ac detrimentis benigno compatientes affectu, Ian. 9.
(dilectioni tuae)[a] per praesentia scripta mandamus, quatinus apud eundem fratrem Noviomensem episcopum . . . . . .[a] efficias, ut praedictis fratribus congruam recompensationem fraterna caritate provideat, quatinus fratres ipsi et iacture sue consolationem inveniant et a murmuratione conquiescere debeant, alioquin pro sua iustitia conquerantur[b], et nos post desperationem misericordie in suo eis iure deesse non poterimus. Datum Signie V Idus Ianuarias.

---

206. *Eugenius III Richardo episcopo Abrincensi praecipit, ut Richardum electum S. Michaelis abbatem, timore ducis Normanniae postposito, benedicat, intrusum vero, nisi infra octo dies locum dimiserit, excommunicet.*

1) Bibl. publ. Abrinc. cod. 82 in folio praefixo man. s. XII[c]; 2) Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 110. Scripsit Martene.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri nostro 1152
R(ichardo) Abrincensi episcopo salutem et apostolicam benedictio- Iul. 7.
nem. Et[d] venientium ad nos quorundam ex fratribus de Monte S. Michaelis relatione et litterarum tuarum attestatione cognovimus, qualiter nobilis vir H(enricus) Normanniae dux ipsius loci ordinationem pro sue voluntatis arbitrio impedivit et, fugato communi filio nostro R(ichardo), quem libera convenientia[e] monachorum sibi secundum Deum eligisse dicitur in abbatem, alium illuc contra Deum et canonicas sanctiones intrusit. Sane cum dominus et magister noster Christus Iesus timendos eos[f] inhibeat, qui corpus tantum possunt occidere, animae vero non habent quid faciant, plurimum ammiramur, quod propter metum illius in praefatum electum adimplere, quod tuum fuerat, omisisti. Quoniam igitur nullius[g] violentie metus pontificis animum debet ab his, que recta sunt, prepedire, per presentia scripta fraternitati tue mandamus, quatenus, si res ita se habeat, sicut tuis nobis litteris indicasti, cum venerabilis fratris nostri Hu(gonis) Rothomagensis archiepiscopi praeceptum inde susceperis, omni humano terrore postposito, electum ipsum in abbatem auctore Domino benedicas. Si vero praecipere noluerit, tu ei, sicut tuum est, benedictionis gratiam non differas exhibere.

[a] *in cod. lacuna.* [b] *sic cod.* [c] *Mihi misit Leopoldus Delisle V. I.* [d] ex 2. [e] coniventia 2. [f] vos 2. [g] nulle 1.

1152 Iul. 7. Porro ille,[a] qui per potentiam supradicti ducis dicitur in ecclesiam ipsam intrusus, nisi infra octo dies post commonitionem tuam usurpatum locum sine reluctatione[b] dimiserit, nos excommunicationi subicimus et, donec resipuerit, sicut excommunicatum praecipimus evitari[c]. Datum Signiae Nonis Iulii.

---

207. *Eugenius III fratres S. Benedicti super Ligerim (Floriacenses) hortatur, ut abbati obediant eumque in reformanda disciplina et possessionibus recuperandis adjuvent.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 102. Scripsit Martene.

1145–1153. Eugenius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis monachis S. Benedicti super Ligerim salutem et apostolicam benedictionem. Quanto b. Benedicti monasterium ad ius et defensionem sedis apostolicae specialiter pertinere noscitur, tanto magis gravamur, quod a longis retro temporibus pastoris incuria et negligentia et in religione dissolutum est et tam in temporalibus quam in spiritualibus imminutum; quod praedecessor noster felicis memoriae papa Lucius[1] intelligens, religiosorum et discretorum virorum consilio dilectum filium nostrum M(acarium) ibidem substituit eique litteris suis praecipiendo mandavit, ut ad reformationem religionis et possessionum recuperationem, quae illicite distractae sunt, cum omni sollicitudine laboraret.[2] Quod cum vellet effectui mancipare, quidam ex vobis, non recte intelligentes et disciplinae monasticae colla subdere metuentes, tantum bonum perturbare nisi sunt et contra regulam et professionem suam sedem appellarunt apostolicam. Nos itaque causam ipsam diligentius inquirentes, rei veritate cognita, eidem abbati viva voce injunximus, quatenus de religioso monasterio Cluniacensis ordinis honestas et religiosas personas ibidem substituat, per quorum studium Domino auxiliante religio reformetur et locus ipse tam spiritualiter quam temporaliter augeatur. Vobis itaque per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus eidem abbati tam in his quam in aliis secundum Deum tamquam patri et pastori vestro humiliter obediatis et ad recuperandas possessiones ac[d] bona, quae illicite distracta sunt, opem ei et auxilium praebeatis. Alioquin scire vos volumus, quia ipsius offensas proprias deputabimus et sententiam, quam in rebelles et contumaces secundum regulam promul-

[a] *an* illum? [b] retractatione 2. [c] haberi 2. [d] ac *deest in cod.*

[1] II. [2] Hae litterae iam non exstant.

gaverit, nos auctore Domino ratam habebimus. Hoc quoque duximus adnectendum, quia, quamvis in ipso monasterio per fratres Cluniacenses religionem iusserimus reformari, ipsum tamen b. Benedicti monasterium nullo nisi Romano pontifici volumus subdi. 1154–1153.

---

208. *Eugenius III Uticensi et Nemausensi episcopis mandat, moneant B. de Montemirato et fratres eius, ne decimas et primitias ecclesiae de Iunaz auferant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816 s. XVII. fol. 78.

Eugenius episcopus servorum Dei venerabilibus fratribus Uticensi[1] et A(delberto) Nemausensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilecti filii nostri Anianensis abbatis[2] adversus B(ertrandum) de Montemirato et fratres eius clamores accepimus, quod decimas et primicias ecclesiae suae de Iunaz violenter et contra iustitiam auferunt. Quia ergo in sua iustitia omnibus et maxime his, qui ad apostolicae sedis protectionem specialiter pertinent,[a] debitores existimus, per praesentia vobis scripta mandamus, quatenus eundem B. et fratres eius districtius moneatis, ut decimas et primitias praedictae ecclesiae sine difficultate dimittant etc.[b] Datum Laterani XVI Kalendas Februarii. 1146–53 Ian. 17.

---

209. *Eugenius III Trevirensi archiepiscoqo et Metensi ac Virdunensi episcopis mandat, moneant iterum Mathaeum ducem, ut munitionem prope Tullum aedificatam destruat. Nisi fecerit, excommunicationis sententiam in eum innovari iubet.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16991 fol. 231 manu s. XVII—XVIII.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus I(llino) Trevirensi archiepiscopo, S(tephano) Metensi et A(lberoni) Virdunensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Veniens ad limina apostolorum et nostram praesentiam venerabilis frater noster Henricus Tullensis episcopus adversus ducem Math(aeum) antiquam nobis querimoniam innovavit; qui nimirum pro munitione, quam contra catholicorum imperatorum privilegia in iactura Tullensis ecclesiae prope ipsam civitatem praesumpsit construere, sententia excommunicationis tam diu implicitus fuit et terra ipsius a divinis officiis inter- 1150 aut 1153 Ian. 24.

[a] pertinent *addidi.* [b] *sic desinit epistola in cod.*

[1] Aut Evrardo aut Raimundo. [2] Willelmi. [3] Lotharingiae superioris.

1150. aut 1153. Ian. 24. dicta. Sed cum de his nondum aliquam satisfactionem exhibere curaverit, licet pro alia causa fuerit absolutus, pro hac tamen offensa excommunicatus debuit adhuc teneri. Eapropter per praesentia vobis scripta mandamus, quatenus praedictum ducem districte commoneatis, ut munitionem ipsam destruat et ab ipsius aedificatione omnino abstineat; quod si monitis vestris obtemperare neglexerit, in personam eius[a] excommunicationis et interdicti sententiam publice innovetis et, donec digne satisfecerit, sententiam ipsam per vestras parochias observari firmiter faciatis. Data Laterani IX Kal. Februarii.[1]

---

210. *Eugenius III Richardum episcopum Abrincensem ad sese evocat, ut de electione abbatis S. Michaelis in Periculo maris veritatem cognoscat.*

1) Bibl. publ. Abrinc. cod. 82 in folio praefixo man. s. XII[b];
2) Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 110 vo. Scripsit Martene.

1153 Febr. 17. Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri R(ichardo) Abrincensi[c] episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Ad id, quod fecimus de filio nostro R(ichardo) abbate S. Michaelis in periculo maris, tua maxime suggestio nos induxit. Quia vero, diversis diversa nostris auribus suggerentibus, multo aliter ad nos plurimorum relatione pervenit, quam tuis nobis litteris fuerit intimatum, nostre voluntatis est, ut quam citius potes, nisi forte gravior causa te detinet, nostro te conspectui representes, quatinus rei veritatem ex ore tuo[d] audire plenius valeamus. Datum Rome apud S. Petrum XIII Kalendas Martii.

---

211. *Eugenius III Richardo abbati S. Michaelis de Periculo maris praecipit, ut una cum episcopo Abrincensi de electione sua rationem reddituru ad sese veniat.*

1) Bibl. publ. Abrinc. cod. 82 in folio praefixo man. s. XII[e];
2) Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 111. Scripsit Martene.

1153 Febr. 17. Eugenius episcopus servus servorum dei dilecto filio R(ichardo) abbati S. Michaelis in periculo maris salutem et apostolicam bene-

[a] eius *supplevi.* [b] *mihi dedit L. Delisle V. I.* [c] Abrincatensi 2. [d] ex ore tuo rei veritatem 2. [e] *mihi dedit Leop. Delisle V. I.*

[1] Scripta est haec epistola post d. 30. Iunii 1148, cf. Jaffé Reg. ed. princ. 6441.

dictionem. Quoniam de tua electione diversorum ore diversa nostris auribus ingeruntur, ut rei veritas nobis plenius elucescat, te ac venerabilem fratrem nostrum R(ichardum) Abrincensem episcopum ad apostolice sedis presentiam decrevimus evocandos. Presentium itaque tibi significatione mandamus, quatinus una cum ipso fratre nostro apostolice sedi presentiam tuam non differas exhibere, ut, quod inde rei veritas habet, pleniter cognoscere valeamus, et quod ad salutem ecclesie pertinet, sufficientius pertractare. Datum Rome apud S. Petrum XIII Kalendas Martii. 1153 Febr. 17.

---

212. *Eugenius III Hugoni archiepiscopo Senonensi et Alano episcopo Autissiodorensi mandat, moneant Adam de Marchia, ne infra terminos monasterii de Caritate castellum extruat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 116. Scripsit Martene.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Hu(goni) Senonensi archiepiscopo et A(lano) Autissiodorensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Rerum exitus discretus sapiensque metitus, longe ante venturis malis nititur obviare, Salomonis instructus verbo, qui ait: Sapiens videns malum declinat, stultus autem transilit confidenter.[1] Dilectorum filiorum nostrorum, G. prioris et fratrum de Charitate, transmissa nuper ad nos suggestione pervenit, quod Adam de Marchia in burgo ipso infra terminos a sanctae recordationis Paschali praedecessore nostro statutos grandem munitionem contra voluntatem ipsorum construere nititur, de qua ipsi monasterio maximum damnum potest processu temporis provenire. Quoniam igitur, cum ad ius monasterii locus ille pertineat, aequitatis rigor[a] suspectam ibi munitionem ab aliquo construi invitis[b] fratribus non permittit et, quod ad damnum ecclesiae Dei et superbiam vitae pertinere videtur, pontificali debetur studio inhiberi, per praesentia vobis scripta mandamus, quatenus quam citius in unum convenientes ad locum ipsum pariter accedatis et antedictum A., ne munitionem aut castellum ibi faciat, districtius moneatis. Si summo superbiae vento inflatus aut aliqua, quam forte in animo suo concipit, malitia instigatus in suo coepto duxerit persistendum, ita eum censura ecclesiastica compescatis, ut saltem invitus ab eo quod molitur abstinere cogatur. Datum Romae apud S. Petrum Idibus Maii. 1153 Mai 15.

[a] *sic cod.; an* vigor *legendum est?* [b] *correxi ex* ipsis, *quod praebet cod.*

[1] Proverb. 14, 16.

213. *Eugenius III Nemausensem et Vivariensem episcopos constituit iudices inter Raimundum episcopum Uceticensem et Bertrandum priorem Gordanicensem.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816 s. XVII fol. 78.

1153 Iun. 28. Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus A(lberto) Nemausensi et G(uillelmo) Vivariensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Fraternitatis[a] vestrae literas, quas nobis super causa, quae inter venerabilem fratrem nostrum E(vrardum)[b] Uzeticensem episcopum et dilectum filium nostrum B(ertrandum) Gordanicensem priorem nobis delegantibus coram vobis[c] delegata est, transmisistis, diligenter attendimus. Ceterum quod in causa ipsa vestra fraternitas, prout rationis ordo suggerebat, procedere distulit, nisi quia sedi apostolicae reverentiam exhibere in eius privilegiis humilitate debita voluistis, nobis plurimum displicet. Privilegia enim non semper ius, quod non habetur, conferunt, sed habitum conservant. Ea propter diutius expensis ac laboribus utriusque partis paterna benignitate parcere cupientes, ad examen vestrum eandem controversiam remittere dignum duximus fine debito terminandam. Per praesentia scripta itaque vobis mandamus, quatenus pro ipsis privilegiis, quae vobis super discussione ipsius controversiae ostensa sunt, nullatenus dimittatis, quin seposita omni appellatione in eadem causa secundum iustitiam procedatis. Quod autem praedictus frater noster Uzeticensis episcopus autenticas literas felicis memoriae papae Innocentii opposuit, in quibus sicut accepimus continetur, donationes, concessiones, inbeneficiationes a Raim(undo) Uzeticensi episcopo inutiliter factas, irritas esse, censemus, non debet[d] vos movere, si vobis est legitime probatum, quod in praesentia ipsius papae ab eodem Raimundo episcopo restitutio ac donatio XV ecclesiarum Gordanicensi priori facta fuerit et postmodum eiusdem praedecessoris nostri privilegio confirmata. Non enim quod suum erat illicite donavit, sed quod alienum cognovit restituit. Praeterea de uno privilegiorum antedicti fratris nostri nobis suggestum est, quod post motam controversiam a nobis fuerit impetratum. Quod si verum est, adversae partis iustitiam non debet imminuere seu retardare. Datum Romae apud Sanctum Petrum IV Kalendas Iulii.

[a] Fraternitati *c.* [b] C *cod.* [c] nobis *c.* [d] *corrigendum videtur:* censemus, hoc non debere vos movere *vel* quod non debet vos movere.

214. *Anastasius IV Henrico duci Normanniae sub interdicti poena praecipit, ut Richardo electo abbati S. Michaelis de periculo maris in monasterium redire et regulariter ordinari permittat.*

1) Bibl. publ. Abrin. cod. 82 in folio praefixo m. s. XII; mihi dedit L. Delisle; 2) Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 111; descripsit Martene ex ms. S. Mich. in peric. maris.

Anastasius episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo 1153
filio, nobili viro He(nrico) Normannie duci salutem et apostolicam Iul. 31.
benedictionem. Quia omnis potestas a Domino Deo est, ab ipso esse hanc[a], que tibi tradita est, humiliter recognoscere debes. Recognoscere[b] dicimus non ad elationem, sed ad humilitatem, nec contempnendo eius precepta, sed adimplendo.[c] Hoc enim si feceris, et que nunc possides, retinebis et que adhuc a te longe sunt, tue subiicientur ditioni. Sed quod rite[d] omnipotenti Deo penitus[e] displicuisse te cognoscimus, nobis omnino displicere non dubites, scilicet quod dilectum filium nostrum R(ichardum) abbatem S. Michaelis in periculo maris, qui a fratribus eiusdem loci concorditer electus fuerat, ab ipso monasterio pro tua potentia expulisti et alium in loco eius intrudere praesumpsisti. Sane patrocinium et[f] tutela ecclesiarum ad hoc potestatibus secularibus commissa sunt[g], ut per eos[h] ecclesie ab omni perturbatione et infestatione mundana tueantur et defendantur, quatinus earum cultores quiete ac devote regi celesti valeant militare. Tu autem te ipsum hostium[i] effecisti contra eius voluntatem, qui vere est hostium[i], per quem nimirum, qui non ingreditur, fur et latro procul dubio esse convincitur. Ne igitur, dilecte in Domino[k] fili, pro tanto excessu anime tue periculum dampnationis et apostolice sedis indignationem incurras, per presentia scripta nobilitati tue mandamus et paterne monemus[l], ut predictum filium nostrum R(ichardum), quem predecessor noster sancte memorie papa Eugenius cognita veritate in abbatem benedici precepit et nos eiusdem sanctissimi patris nostri vestigia imitando benedictionem ipsam ratam habuimus et ad suum monasterium, in quo secundum Deum electus fuit, in pace redire et ipsum regulariter ordinare permittas et nullam ei de cetero perturbationem vel molestiam inferas vel a tuis hominibus inferri permittas.[m]

[a] sane *c.* 2. [b] recognoscere autem *c.* 2. [c] implenda *c.* 2. [d] *omisit c.* 2. [e] plenitus *c.* 2. [f] ac *c.* 2. [g] est *c.* 2. [h] hoc *c.* 2. [i] ostium *c.* 2. [k] *omisit c.* 2. [l] et pat. mon. *omisit c.* 2. [m] et nullam — permittas *omisit c.* 2.

[1] Ioh. 10, 1.

1153 Iul. 31. Quod si nos, immo in nobis beatum Petrum exaudire nolueris, diutius pati non poterimus, quin super te et super terram tuam ipsius apostolorum principis gladium auctore Domino exeramus. Datum Lateranis II Kalendas Augusti.

---

215. *Anastasius IV Alienorem ducissam Normannorum hortatur, moneat virum, ut ab iniuriis in Richardum electum S. Michaelis in periculo maris abbatem desistat.*

1) Bibl. publ. Abrinc. cod. 82 in fol. praefixo, man. s. XII[a]; 2) Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 112. Descripsit Martene ex ms. S. Mich. de peric. maris.

1153 Iul. 31. Anastasius episcopus servus servorum Dei dilecte in Christo filie Alienor Normannorum ducisse[b] salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius noster R(ichardus) abbas S. Michaelis in periculo maris ad apostolice sedis clementiam veniens violenciam et injuriam, quam a viro tuo Normannorum duce[1] iam diu passus est, et predecessori nostro sancte memorie pape Eugenio et nobis, qui in locum eius disponente Domino subrogati sumus, plenius demonstravit. Cognoscentes itaque[c] ipsius causam iustitia et racione fulciri, eum in abbatem predicti monasterii Deo auctore confirmavimus et illum[d], qui in locum eius per potentiam viri tui intrusus fuerat, prestito iuramento, quod nostro deberet stare mandato, a vinculo excommunicationis absolvimus et, ut ipsum abbatem de cetero nullatenus inquietare praesumat, ei sub debito ipsius iuramenti precepimus. Quia ergo particeps mercedis existit, qui se bonorum operum exhibet adiutorem, per presentia scripta nobilitati tue mandamus, monemus et exhortamur in Domino, ut memorato viro tuo duci diligenter et efficaciter suggerere studeas, quatenus abbatem ipsum ad monasterium suum in pace redire et ipsum regulariter ordinare[e] permittat et nullam ei de cetero molestiam inferat vel a suis hominibus inferri permittat. Quod si non fecerit, et nos iustitie ipsius abbatis deesse non poterimus et antedicto duci timendum erit, ne gravem propter hoc in se b. Petri sentiat ultionem. Datum Lateranis II Kalendas Augusti.

[a] *mihi dedit Leop. Delisle V. Ill.* [b] duci *c.* 1. [c] igitur *c.* 2. [d] eum *c.* 2. [e] ordinari *c.* 2.

[1] Henrico.

216. *Anastasius IV M. matri Henrici ducis Normanniae eadem quae superiore epistola scribit.*

1) Bibl. publ. Abrinc. cod. 82 in folio praefixo, man. s. XII[a];
2) Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 112 vo. Descripsit Martene ex cod. S. Mich. de per. maris.

Anastasius episcopus servus servorum Dei dilectae in Christo 1153
filiae M. matri nobilis viri He(nrici) Normannorum ducis salutem Iul. 31.
et apostolicam benedictionem. Dilectus filius noster R(ichardus) abbas S. Michaelis in periculo maris cet. ut in praecedenti epistola.[b]

---

217. *Anastasius IV Engebaldum archiepiscopum Turonensem iudicem inter fratres S. Michaelis de periculo maris et sorores S. Iuliani de Prato constituit.*

Bibl. publ. Abrinc. cod. 82 in fol. praefixo man. s. XII.[c]

Anastasius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri 1154
H(engebaldo) Turonensi archiepiscopo salutem et apostolicam bene- Apr. 8.
dictionem. Adversus moniales Sancti Iuliani de Prato dilectorum filiorum nostrorum fratrum monasterii sancti Michaelis de periculo maris et B. presbiteri querelam nuper accepimus, quod de quibusdam oschis, que sunt in feudo ipsarum, quarumdam decimarum medietatem ipsis contra justiciam auferant. Nos igitur quoniam pati nec possumus nec debemus, quod predicti filii nostri sua justicia defraudentur, per presentia tibi scripta mandamus, quatinus congruo loco et tempore utramque partem tuo facias conspectui representari, rationibus undique auditis et cognitis causam ipsam ita studeas mediante iusticia terminare, ut predicti filii nostri pro defectu iusticie iuste non debeant amplius murmurare, immo sub tuo examine suam se gaudeant justiciam recepisse. Dat. Laterani VI Idus Aprilis.

---

218. *Anastasius IV Burdegalensi et Turonensi archiepiscopis mandat, ut ecclesiam S. Florentii Salmurensem et altare nuper constructum dedicent ossaque S. Florentii in capsa argentea collocent.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Anjou et Touraine 5 n. 1761 manu s. XVIII.

Anastasius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratri- 1154
bus G(aufredo) Burdegalensi et E(ngelberto) Turonensi archiepisco- Mai 8.

[a] *mihi dedit Leop. Delisle V. Ill.* [b] *qua discrepat hisce lectionibus: lin. 5* quam a praedicto filio tuo iam diu; *lin. 10* filii; *lin. 15* operum *omissum est; lin. 16* memorato filio. [c] *mihi dedit Leop. Delisle V. Ill.*

1154 Mai 8. pis salutem et apostolicam benedictionem. Monasterium Sancti Florentii, cujus corpus in ipso coenobio creditur esse reconditum, dilectis filiis nostris, ipsius loci fratribus, nos suppliciter exorantibus, facultatem tribuimus dedicandi et ipsius confessoris corpus in argentea capsa, quae parata est, honestius collocandi. Quocirca per praesentia vobis scripta rogando mandamus, quatinus, cum ab ipsis fratribus super hoc fueritis requisiti, ad locum ipsum pariter accedatis et tam ecclesiae quam etiam altaris noviter constructi dedicationem sollempniter faciatis atque ossa praedicti confessoris veneratione debita transmutetis, quatinus exspectantium de ipsa consecratione devotio per vos maxime valeat Deo auxiliante compleri. Datum Laterani VIII Idus Maii.

---

219. *Anastasius IV R. et B. archidiaconos Laudunenses vituperat, quod post mortem episcopi bona et redditus episcopales in proprios usus converterint et expensas pro nova electione factas restituere recusent.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Grenier 267 fol. 45 manu s. XVIII.

1154 Mai 15. Anastasius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis R. et B. archidiaconis Laudunensis ecclesiae salutem et apostolicam benedictionem. Ex Calcedonensi concilio cautum esse demonstratur, ut episcoporum aliquo decedente de bonis ecclesiasticis nihil penitus imminuatur, sed omnia futuro antistiti reserventur.[1] De vobis autem nuper, unde miramur, accepimus, quod, bonae memoriae V.(?)[2] quondam episcopo vestro viam universae carnis ingresso, bona et reditus episcopales accipientes, sub obtentu nescimus cuius novae consuetudinis, ea vestris usibus nitimini applicare et expensas, quas canonici vestri veniendo pro electione ad apostolicam sedem fecisse noscuntur, de redditibus illis eis restituere, sicut dicitur, recusatis. Quod factum si veritate subsistit, quanto a sacris est canonibus alienum, tanto requirendum est attentius et districtius emendandum. Quocirca per apostolica vobis scripta praecipiendo mandamus, quatenus restitutis concanonicis vestris expensis, quas ad sedem apostolicam veniendo fecerunt, quidquid residuum fuerit tam de placitis ac synodalibus quam de aliis redditibus ad episcopum pertinentibus, futuro antistiti reservetur, ne si aliter forte feceritis tamquam violatores sacrorum canonum et raptores bonorum episcopalium debeatis, quod avertat[a] Deus, condemnari. Datum Laterani Idibus Maii.

[a] advertat *c.*

[1] Can. XXII ap. Mansi VII. 367. [2] Hugo 1112—13, Barthol. 1113—51.

220. *Anastasius IV Petro archiepiscopo Narbonensi mandat, cogat fratres Gordanicenses, ut compositionem ab ipso inter eos et monachos Anianenses factam observent.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 19 fol. 173 manu s. XVII.

Anastasius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri 1154
P(etro) Narbonensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictio- Nov. 28.
nem. Post discessum C. et L.[a] canonicorum Valliscrosae, qui ad nostram praesentiam venerant, dilecti filii nostri B. Gordanicensis et P. de Aspirano priores ad nostram praesentiam venientes contra eos questi sunt nobis, quod diffinitionem, quam venerabilis frater R(aimundus) episcopus et A. archidiaconus Magalonensis, Guillelmus de Montepessulano inter Anianense monasterium et P. Raimundi eorum[b] antecessorem utriusque partis consensu fecerunt et scripto firmarunt, observare nullatenus velint. Praeterea bullatas litteras praedecessoris nostri sanctae memoriae papae Eugenii in eadem causa tibi transmissas nobis monstrarunt, in quibus fraternitati[c] tuae mandatum est, ut diffinitionem ipsam firmiter faceres observari. Quia vero praedicti canonici conventionem ipsam nobis celarunt et memorati praedecessoris nostri mandatum nos convenit subsequi per[d] praesentia tibi scripta mandamus, ut ad conventionem ipsam tenendam eosdem canonicos pro[e] tui officii debito cogas. Datum Laterani IIII Calendas Decembris.[1]

---

221. *Hadrianus IV. Bernardo archiepiscopo Tarraconensi et episcopis quibusdam praecipit, ne fratribus Ripipullensibus sacramenta denegent eorumque monasterium a malefactoribus molestari patiantur.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 107 fol. 195[b] manu s. XVII.

Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratri- 1154
bus B(ernardo) Tarrachonensi archiepiscopo, Ausonensi[2], Elnensi[3], Dec. 23.
Gerundensi[4], Barchinonensi[5], Urgellensi[6], Ilerdensi[7] et Tortosensi[8] episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Praedecessores nostri Romani pontifices antiquis temporibus monasteriis, in quibus secundum b. Benedicti regulam fratres digne Domino militabant, libertates plurimas concesserunt et apostolicae sedis privilegio studuerunt eisdem monasteriis confirmare; de quorum numero Rivipullense mo-

[a] L *non distincte legitur;* et *addidi.* [b] *sic cod.* [c] firmitati *c.* [d] in *c.* [e] per *c.*

[1] Annus liquet ex privilegio maiore die 17 Nov. 1154 fratribus Anianensibus dato, cf. novam Regestorum editionem. [2] Petro. [3] Artaldo. [4] Berengario. [5] Guilelmo. [6] Bernardo. [7] Guilelmo. [8] Gaufredo.

1154 nasterium dinoscitur extitisse. Et ideo per apostolica vobis scripta
Dec. 23. mandamus, quatenus ecclesiastica sacramenta monachis eiusdem monasterii nullatenus denegetis, cum eis liceat a quocumque episcopo voluerint illa expetere et recipere sine aliqua pravitate. Praeterea nihilominus vobis mandamus, quatenus praefatum monasterium a perversorum studeatis molestiis defensare, et fratribus in eo commorantibus grata subsidia volumus ministretis. Datum Romae apud S. Petrum X Kalendas Ianuarii.

---

222. *Hadrianus IV episcopum Elenensem iudicem constituit inter fratres Anianenses et episcopum Biterrensem, super ecclesia de Valeliis litigantes.*

Bibl. nat. Paris. ms. at. 13816 s. XVII fol. 80.

1155 Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Ele-
Ian. 19. nensi episcopo[1] salutem et apostolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum nostrorum Anianensis monasterii nuper accepimus. Conquesti sunt siquidem nobis, quod venerabilis frater noster Biterrensis episcopus[2] ecclesiam de Valeliis ipsis contra iustitiam auferat. Sane nos eandem causam discretioni tuae duximus committendam, per praesentia tibi scripta mandantes, quatenus utramque partem congruo loco et tempore ante tuam praesentiam evoces et, rationibus hinc inde diligenter auditis et cognitis, cui parti praedicta ecclesia debeat iuste competere, aequitate media studeas diffinire. Datum Romae apud S. Petrum XIV Kal. Febr.

Eadem de re scribit episcopo Biterrensi.

---

223. *Hadrianus IV Magalonensi, Agathensi, Lutevensi episcopis mandat, ut inter canonicos S. Mariae Vallis-crosae et fratres Anianenses pacem faciant.*

Bibl. nat. Paris. 1) ms. lat. 12761 fol. 535 s. XVII; 2) Coll. Baluze 19 fol. 171; 3) ibid. 19 fol. 169.

1155 Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratri-
Ian. 23. bus Magalonensi[3], Agathensi[4], Lutevensi[5] episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Venientes ad apostolicam sedem[a] duo canonici ecclesiae S. Mariae de Vallecrosa, quorum alter naturae iura in urbe persolvit, adversus monachos Anianenses querelam in nostris et nostrorum auribus[b] innovarunt. Aiebant siquidem,

[a] ad apostolicae sedis clementiam 3. [b] nostras — aures 1.

[1] Artaldo. [2] Guillelmus. [3] Raimundo. [4] Ademaro. [5] Petro.

quod praedicti monachi, ne plus quam septem fratres in conventu et ultra centum oves et capras in posito[a] loco habeant, eis de voluntatis suae plenitudine interdicant; modis etiam aliis quibus possunt eos infestare non desinunt et, quoniam emergentia scandala de medio tollere volumus vobis, de quorum discretione confidimus, controversiam ipsam discutiendam et debito fine terminandam commisimus. Ideoque per praesentia vobis scripta mandamus, quatenus infra[b] unius mensis spatium, postquam praesentia scripta receperitis[c], utraque parte ante vestram praesentiam evocata et rationibus hinc inde diligenter auditis et cognitis, ita inter eos competenti moderamine studeatis pacifice convenire, ut et isti possint libere Domino deservire[d] et praedictum monasterium Anianense propter hoc pati non debeat detrimentum. Quod si forte clerici praedictae ecclesiae de Vallecrosa vocati a vobis vestro conspectui praesentare aut iam facta vel facienda a vobis compositione stare noluerint, licet sint a nobis a suspensionis sententia absoluti, extunc tamen eadem eos sententia religamus et tam diu sententiam ipsam praecipimus inviolabiliter observari, donec alterum de his quae supra diximus adimplere cogantur.[e] Praeterea nihilominus vobis mandamus, quatenus si aliquo interveniente occasione aliquis vestrum huic causae interesse non potuerit, duo ex vobis propter hoc nequaquam dimittant, quin[f] nostrum mandatum sicut supradiximus studeant adimplere. Datum Romae ap. S. Petrum X Kalendas Februarii. 1155 Ian. 23.

---

224. *Hadrianus IV fratrum Virsionensium electionem de priore S. Maximini factam cassat. Praecipit, ut ex congregatione Cluniacensi seu ex Maiori-monasterio alium sibi abbatem eligant.*

Bibl. nat. Paris. 1) Cartul. Virsion. ms. lat. 9865 s. XII fol. 2[b]; 2) ms. lat. 12691 fol. 103[b]. manu s. XVII.

Adrianus episcopus servus servorum Dei universo capitulo Virsionensis ecclesiae salutem et apostolicam benedictionem. Venientes ad nos quidam fratres vestri electionem, quam de priore sancti Maximini feceratis, praesentibus nuntiis venerabilis fratris nostri Bituricensis archiepiscopi,[1] in nostro auditorio explicarunt. Super 1155 Ian. 29.

[a] imposito *codd.* [b] intra 2. [c] *verba* intra — receperitis *desunt in cod.* 3. [d] servire 3. [e] cogantur. Dat. R. ap. S. Petrum 3., *cetera desunt.* [f] *cod. 2 mendo hoc loco continet.*

[1] Petri.

1155 Ian. 29. qua cum diutius fuisset tractatum et eam invenissemus minus quam esset necessarium continere et extra formam a sanctis patribus praefixam fuisse utique celebratam, illam penitus infirmantes decrevimus omnino cassandam. Verum quoniam in pastoris absentia plura enormia consueverunt ecclesiis provenire, per praesentia vobis scripta mandamus, quatenus de Cluniacensi congregatione seu de Maiori monasterio secundum beati Benedicti regulam studeatis vobis de persona honesta et in ordine monastico ac litterarum scientia erudita patrem eligere et praeficere in abbatem, scientes quoniam non hoc ideo dicimus, quod liberam vobis velimus ulterius electionem aufferre vel quominus processu temporis de vestro vel alio claustro libere possitis eligere et secundum beati Benedicti regulam vestrum monasterium ordinare. Data Romae apud S. Petrum IV Kalendas Februarii.[a].

---

225. *Hadrianus IV Remensi ac Senonensi archiepiscopis mandat, ut Henricum comitem Trecensem ab iniuriis in monasterium Latiniacense dehortentur.*

Bibl. nat. Paris. Cartul. S. Petri Latiniac. scr. a. 1513. ms. lat. 9902 fol. 11[b].

1155 Oct. 17. Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus S.[1] Remensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, et Senonensi[2] archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Ad apostolice sedis audienciam vestra noverit fraternitas pervenisse, quod dilectus filius noster nobilis vir comes Henricus[3] Latigniacensem ecclesiam multimodis infestare presumit et ei non cessat[b] plures injurias et gravamina irrogare. Redditus quoque ipsius ecclesie militibus in beneficia dare disponit, unde contingit[c], ut ecclesie Dei laicali violentia opprimantur et secularibus debeant subiacere[d] pressuris. Sicut etiam non[e] debemus ita nec possumus mansuetudine sustinere .....[f] fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, nisi praedictus comes iuxta commonicionem vestram ab huiusmodi duxerit praesumptione cessandum, in tota terra ipsius auctoritate nostra divina prohibeatis officia celebrari. Datum Ferentini XVI Kal. Novemb.

[a] Febroarii *l.* [b] cessas *c.* [c] *sic scripsi pro* qm *cod.* [d] subacere *c.* [e] non *addidi.* [f] *versus unus videtur hoc loco excidisse.*

[1] Samsoni. [2] Hugoni. [3] Trecensis.

226. *Hadrianus IV episcopis Alemanniae, Siciliae (?) et Angliae de eis scribit, qui ecclesias vel ecclesiastica beneficia a laicis accipiant. Alia addit.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 123. Scripsit Martene.

Adrianus papa quartus. Omnibus episcopis per Alemanniam, 1156
Siciliam et Angliam constitutis salutem et apostolicam benedictio- Febr. 5.
nem. In eminenti sedis apostolicae specula licet indigni disponente[a] Domino residentes ad universum corpus ecclesiae nostrae mentis aciem debemus extendere, et quae ibi contra rationis ordinem committuntur, oportet nos ad statum rectitudinis revocare. Unde quoniam in partibus vestris quosdam vitiorum sentos excrescere et plura semina pravitatis cognovimus pullulare, praesentium vobis insinuatione iubemus, quod eos, qui absque sui episcopi auctoritate per manus laicas ecclesias et ecclesiastica beneficia ingredi non formidant, eos etiam, qui ad evitandam correctionem ad saeculi confugiunt potestates et adversus ecclesiarum praelatos indignationem nituntur potentium provocare, nisi ab his malignitatibus iuxta commonitionem[b] nostram duxerint omnino abstinendum, anathematis nexibus, omni excusatione deposita, innodetis et ipsos tamquam excommunicatos et a Christi corpore, quod simoniaca haeresi quantum in ....[c] est poluisse noscuntur, pro tanta impietate praecisos tamdiu faciatis ab omnibus evitari, quousque de tot excessibus petituri suam studeant nobis praesentiam exhibere. Ad haec adiicientes sub anathematis interminatione statuimus, ne in toto regno benedicatur aliquis in abbatem aut in episcopum consecretur, nisi a fratribus in ecclesia libere et absque denominatione laicae sit potestatis electus et electio ipsa examinata canonice sit et rationabiliter approbata. Datum Beneventi Nonis Februarii.

---

227. *Hadrianus IV Hillino archiepiscopo Trevirensi aliisque episcopis mandat, hortentur sub excommunicationis poena comitem Barensem, ut injuriis in monasterium S. Michaelis desistat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 67 fol. 90.

Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratri- 1156
bus H(illino) Treverensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, S(te- Mart. 3.
phano) Metensi, H(enrico) Tullensi et A(lberoni) Virdunensi episco-

[a] disponendo *c.* [b] communionem *c.* [c] ille *aut* iste *cum correctura; legendum opinor* ipsis.

1156 Mart. 3. pis salutem et apostolicam benedictionem. Sicut filiorum nostrorum M(anegaudi) abbatis et monachorum aecclesiae sancti Michaelis transmissa nuper ad nos conquestione pervenit, nobilis vir Rainaldus comes de Bar, timore Dei postposito et reverentia sacrae religionis abiecta, ita eos persequitur et infestat, ut vix iam eis prae illius et quorumdam aliorum persecutione supersit, unde simplex ipsis valeat alimonia pervenire. Bona siquidem eorum tam per se quam per advocatos et ministros suos diripere et homines ipsorum indebitis exactionibus et angariis non desinit agravare, et cum felicis memorie papa Eugenius predecessor noster quibusdam vestrum de illius redargutione scripta sua transmiserit, multo plura et graviora mala eis postmodum, ut dicitur, irrogavit. In quo facto vobis, qui regiminis locum in populo Dei tenetis, providendum unanimiter attentius et timendum, ne, si forte inpune ille tirannidem suam super ecclesiam Dei diutius exercuerit, in periculum animarum vestrarum debeat, quod avertat Dominus, redundare. Eapropter fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus, diligentia pontificali adhibita omnique remissione ac tepiditate cessante, prefatum comitem districtius moneatis, ut supra dicto monasterio inique ablata restituat, irrogata damna resarciat, ab eius molestiis et depredatione desistat et homines ipsius indebitis exactionibus et servitiis aggravare de cetero non presumat. Si vero ammonitioni vestre super his decreverit obviandum, excommunicationis eum vinculo innodetis et ad quemcumque locum devenerit, donec presens fuerit, divina ibi prohibeatis officia celebrari. Dat. Beneventi V. Non. Mart.

228. *Hadrianus IV capitulo Andegavensi scribit, sese consuetudinem eius in eligendis episcopis observatam penitus damnavisse.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 279 fol. 227 manu s. XVII.

1156 Apr. 25. Adrianus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis universo capitulo Andegavensi salutem et apostolicam benedictionem. Causa super controversia de electione pontificis per appellationem karissimi in Christo filii nostri regis Anglorum[1] ad presentiam nostram delata et quibusdam de fratribus vestris pro eodem negotio ex vestra parte directis, venerabilibus quoque fratribus nostris R(otrodo) Ebroicensi et G(uilelmo) Cenomanensi episcopis et dilectis filiis nostris R(oberto) abbate S. Albini et G. decano S. Laudi ab

[1] Henrici.

eodem rege transmissis in nostra presentia constitutis, utriusque partis allegationes audivimus et causam ipsam curavimus fine pacifico terminare. Quia vero eorundem nuntiorum aperta relatione cognovimus, quod in ecclesia vestra talis consuetudo ab antiquis temporibus inolevit, quod decedente in ecclesia vestra pastore tres solebant pariter nominari, quorum unus per principem terre iuxta eius beneplacitum consuevit assumi, cum huiusmodi consuetudo rationi probetur modis omnibus esse contraria et a forma iuris penitus aliena, eam sub anathematis interminatione de communi fratrum nostrorum consilio apostolicae sedis auctoritate damnamus et ipsam nullas vires obtinere in perpetuum prohibemus. Si quis vero taliter fuerit contra decretum nostre prohibitionis electus, omni modo interdicimus, ut nullus archiepiscopus seu episcopus ei presumat manum imponere vel ipsum audeat in episcopum consecrare. Quod si aliqua fuerit temeritate presumptum, consecratorem et consecratum ab omni pontificali officio decernimus perpetuo deponendum; qui vero ei tamquam episcopo presumpserit obedire, ipsum excommunicationis vinculo statuimus innodandum. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre institutionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Beneventi VII Kal. Maii. 1156 Apr. 25.

229. *Hadrianus IV episcopis quibusdam mandat, ut reliquiis S. Florentii in capsa nova recondendis assistant et fidelibus ibi convenientibus peccatorum remissionem indulgeant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Anjou et Touraine 5 n. 1761[b] et 1792 manu s. XVIII.

Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus W(illelmo) Cenomannensi, B(ernardo) Namnetensi, M(atthaeo) Andegavensi et S(tephano) Redonensi salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii nostri Philippus abbas et monachi Salmurenses corpus B. Florentii, quod in eorum requiescit ecclesia, in capsam novam studiosius praeparatam debita desiderant veneratione transferri. Quocirca per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus, cum ab eisdem fratribus fueritis invitati, ad eorum ecclesiam accedatis et praedicti Sancti reliquias in loco novo devotione congrua iuxta pium ipsorum fratrum desiderium recondentes convenientibus ibi devotionis intuitu fidelibus christianis peccatorum suorum 1157 Febr. 6.

1157 Febr. 6. remissionem, sicut convenire videritis, faciatis. Datum Laterani VIII Idus Febr.

---

230. *Hadrianus IV Matthaeum ducem Lotharingiae graviter reprehendit, quod monasterium Romaricense infestare non desinat.*[1]

Autogr. mutilum in Bibl. nat. Paris. Fonds Remiremont n. 26.

1157 Iun. 3. Adrianus episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobili viro M(atthaeo) Lotharingie duci salutem et apostolicam benedictionem. Quanto sac(rosancta) Romana ecclesia . . . . . tibi contulit ampliora, quanto magis se propitiam tibi exhibu(it et) clementem, tanto amplius ei deberes in omni humilitate substerni nec deceret te adversus eam vel membra ipsius calcaneum e(rigere et?) inferre iniu(riam et) in eius dispendium prosilire. Si enim vicem gereres devoti filii et fidelis, quo mater tua Romana ecclesia (diu?)tius tecum agere comprobatur et in quo negotia tua clementiori oculo intuetur, eo curares attentius, eam modis omnibus b . . . . . et ecclesias, que ad ipsius ius pertinere noscuntur, infestare nullatenus attemptares. Meminisse siquidem[a] . . . . . qualiter pro eo quod Romaricensi monasterio ad ius beati Petri specialiter pertinenti plura g(ravamina) . . . . . excommunicationis olim fuisti vinculo innodatus. Sed nos quorundam precibus inclinati et tibi tamquam filio . . . . . et ei, de quo aliter quam acciderit credebamus, deferre volentes, etiam in absentia tua ipsam sententiam duximus relaxandam, confidentes utique, quod nostra abuti patientia non deberes et beneficium tibi de apostolice sedis benignitate collatum occasionem se . . . . . (et) materiam (mali)gnandi deberet demere, non augere. Nunc autem sicut accepimus in contrarium versum est quod c(redere)mus, et secus accidit quam hactenus speraremus. Prefatum enim monasterium infestare non desinis et eius possessiones aufers (ta)ntaque ei et rebus suis gravamina ingeris, perturbationes atque molestias (irro)gas, quod et tediosum audire et l(amenta)b(ile est) referre. Ne igitur indignationem beati Petri et nostram gravissime sentire debeas, nobilitati tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus de cetero ab eius infestatione prorsus abstineas et advocatos eiusdem ecclesie abstinere compellas nullaque (ip)s(i) vel rebus suis gravamina, nullam inferas le-

[a] *quatuor aut quinque verba hoc loco exciderunt; inter alia supplendum videtur* te volumus.

[1] Vid. bullam eodem die datam ap. Jaffé Reg. Pont. Rom. 6980.

sionem, ita quod ulterius ad aures nostras repetita non valeat super hoc querimonia pervenire. Alioquin timendum tibi pro certo erit, ne in eandem anathematis sententiam reducaris. Datum Laterani III Nonas Iunii. 1157 Iun. 3.

---

231. *Hadrianus IV archiepiscopis octo scribit, ut excommunicationis sententiam prolatam in eos, qui bona monasterii S. Dionysii invaserint, ratam habeant faciantque observari.*

Tabul. nat. Paris. Chartul. S. Dionysii s. XIII., LL. 1156 fol. 98.

Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Bituricensi[1], Remensi[2], Senonensi[3], Rothomagensi[4], Burdegalensi[5], Cantuariensi[6], Maguntino[7], Treverensi[8] archiepiscopis salutem et apostolicam benedictionem. In loco apostolorum principis residentes omnibus ecclesiis et precipue locis religiosis attentius providere debemus et bona eorum pro nostri officii debito ab iniquorum invasionibus studiosius defensare. Huius itaque considerationis intuitu monasterium S. Dionysii, quod satis nominatum habetur et celebre, propensiori cura in suis iusticiis fovere volentes, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus quicunque in parochiis vestris pro rebus ad idem monasterium pertinentibus ablatis vel pro iniuriis et dampnis illatis fuerint ab eis rationabiliter excommunicati, excommunicationem ipsam vos ratam habentes faciatis eam per vestras dyoceses inviolabiliter observari, et si eos interim mori contigerit, donec que abstulerint reddantur, eos christianorum sepulturam habere nullatenus permittatis. Datum Laterani VI Kal. Iunii. 1157–58 Mai 27.

---

232. *Hadrianus IV episcopo Engolismensi mandat, ut priorem Ronciniacensem de ecclesia Fontis Cobronae, Ar. de Gradu abjudicata, investiat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 1231 fol. 72 manu s. XVII vel XVIII.[a]

Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Engolismensi episcopo[9] salutem et apostolicam benedictionem. Contro- 1155–58 Sept. 11.

[a] *In margine:* Pièce extraite du ms. 687 de la bibl. Ottobonienne; *quo ex codice regestum praebet Pflugk-Harttung, Iter italicum p. 254.*

[1] Petro. [2] Samsoni. [3] Hugoni. [4] Hugoni. [5] Godefrido. [6] Theobaldo. [7] Arnoldo. [8] Hillino. [9] Hugoni.

1155–58 Sept. 11. versiam, quae inter dilectum filium nostrum priorem de Ronciniaco et Ar. de Gradu super ecclesia de Fonte Coberone retroactis temporibus vertebatur, venerabili fratri nostro Lemovicensi episcopo[1] et abbati Sollemniacensi[2] commisimus audiendam et appellatione remota fine debito terminandam. Utraque vero parte in eorum praesentia constituta, cum in ipsius examinatione negocii prior testes vellet idoneos et sufficientes producere, memoratus Ar. ad nostram audientiam appellavit. Sed iam dicti iudices, utriusque partis rationibus auditis et cognitis, testibus quoque sicut ex litteris eorundem judicum manifeste comperimus diligenter examinatis et cum iuramento susceptis, praedicto priori ecclesiae investituram adiudicarunt; ceterumque idem prior nondum est de ipsa ecclesia investitus. Fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus infra viginti post susceptionem praesentium litterarum ipsum priorem de praefata ecclesia postposita omni occasione investias. Si vero presbiter, qui in eadem est ecclesia constitutus, duxerit contumaciter reluctandum, eum ab officio sacerdotali suspendas et in ipsa ecclesia divina officia interdicas. Datum Viterbii III Idus Septembris.[3]

---

233. *Hadrianus IV episcopo Engolismensi nuntiat, fratres Ronciniacenses in d. 18. Nov. ad sedem apostolicam appellasse. Episcopum aut responsalem eius ad se venire iubet.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 1231 fol. 71 manu s. XVII vel XVIII.[a]

1157–58 Aug. 12. Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Engolismensi episcopo[4] salutem et apostolicam benedictionem. Sicut ex relatione latoris praesentium manifeste cognovimus, priorem et monachos de Ruciniaco pro controversia, quae super quadam ecclesia, quae dicitur Fons Cobrona, et super gravaminibus, quae sibi irrationabiliter inferantur, inter te et eos noscitur agitari, in proximis octavis S. Martini ad sedem apostolicam appellasse. Nos autem, quia iura sua in nullo sibi minui volumus vel auferri, praesentium auctoritate statuimus, ut res in eo statu, in quo antequam appellatum esset permansisse dinoscitur, perseveret. Interim vero, si praedictos adversarios tuos aut eorum nuncios ad nos venire contigerit, nul-

[a] *In margine appositum est:* Pièce extraite du ms. 687 de la bibl. Ottobonienne; *cf. Pflugk-Harttung, Iter ital. p. 254.*

[1] Geraldo. [2] Geraldo. [3] Pflugk-Harttung Iter p. 254 a. 1155 epistolam ascribit. [4] Hugoni.

lum a nobis responsum ante praedictum terminum reportabunt. 1157–58
Tua ergo intererit in constituto ipsorum super eadem causa per Aug. 12.
te vel per responsalem tuum, recepturum et exhibiturum iustitiam, nostro te conspectui presentare. Datum Viterbii II Idus Augusti.[1]

---

234. *Hadrianus IV capitulum Meldense vacantem praebendam cuilibet assignare vetat, antequam dimidiae praebendae integratae sint.*

Reg. Alex. fragm. ep. 12 in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. saec. XII fol. 111.

Adrianus[2] episcopus servus servorum Dei dilectis filiis universo 1154–59.
capitulo Meldensis aecclesiae salutem et apostolicam benedictionem. Ex suscepte dispensationis officio et cura compellimur et pastorali sollicitudine provocamur, ad universum corpus ecclesie ita oculum apostolice considerationis extendere[a], ut ea, que in domo Dei irregulariter sunt et minus rationabiliter instituta, corrigere debeamus et ad statum rectitudinis revocare. Pervenit autem ad audientiam nostram, quosdam in Meldensi ecclesia canonicos esse, quibus dimidie prebende tantum sunt assignate, unde non eis sufficienter possunt necessaria corporis et vite subsidia ministrari. Nos vero, quoniam universis Christi fidelibus et presertim viris ecclesiasticis in suis oportunitatibus ex iniuncto nobis officio compellimur providere, et que in aecclesia Dei minus rationabiliter ordinata sunt, nos convenit ordinare, presentium auctoritate precipimus, ut prebende, que de cetero in ecclesia ipsa vacaverint, ipsis canonicis, qui dimidias tantum prebendas, sicut diximus, habere noscuntur, sine interruptione in integrum assignentur et inter eos equaliter dividantur, quousque omnes prebendas contigerit integrari. Prohibemus autem, ut nec vos nec eiusdem loci episcopus, quousque ipse prebende fuerint integrate, vacantem aliquam prebendam cuilibet concedere presumatis. Quod si factum fuerit, vos assensum nullatenus prebeatis.

[a] exstendere *c.*

[1] Haec epistola post eam, quae praecedit, scripta videtur. Pflugk-Harttung eam a. 1155 ascribit. [2] Epistola haec quasi initium est controversiae super praebenda Hervei canonici ortae, quae in 15 epistolis Alexandri III, infra epp. 311, 312, 313, 314, cet. vehementer agitatur; non est mirum igitur, eam in Registri Alexandrini fragmento exstare.

235. *Hadrianus IV episcopo et canonicis Parisiensibus praecipit, ut archidiaconi eorum, si necesse sit, ad monasterium Latiniacense causa sacramentorum vel iudicii accedant. Alia statuit.*

Bibl. nat. Paris. Chart. S. Petri Latin. scr. a. 1513. ms. lat. 9902 fol. 11.

1157–59 Mart. 15. Adrianus episcopus servus servorum Dei episcopo Parisiensi[1] et canonicis eiusdem ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Latigniacensis ecclesie homines gravem se queruntur molestiam sustinere, quod sub alia seculari potestate positi pro christianitatis misteriis seu iudiciis ad vestram, que sub diversa seculari potestate est, ecclesiam venire coguntur, unde et nonnumquam personarum seu rerum suarum pericula incurrisse narrantur. Cum igitur querela eorum iusta racione nitatur, equum nobis visum est, huiusmodi ab eis iniuriam submovere. Qua de re dilectionem vestram scriptis presentibus ammonemus atque precipimus, ut archidiaconi deinceps, quibus iter tucius est, per semet ipsos ad eandem villam accedant et super eos, quodcunque soliti sunt, libere et canonice exerceant, ne idem homines occasione hac hostium periculis exponantur. Illud etiam nos statuisse noveritis, ut quam diu ecclesia vestra antistite caruerit vel cum episcopus praesens fuerit, secundum decreti nostri tenorem, si ecclesiastica sacramenta pravitate aliqua abbati Latigniacensi et fratribus denegaverit, a quolibet episcopo maluerint eadem sacramenta debeant suscipere; neque enim equum est, ut Dei servis ecclesiastica misteria subtrahantur. Precipimus etiam, ut ecclesiae Latigniacensis monasterii, que sunt in Parisiensi diocesi, libere sint et immunes a citrada et synodo exceptis parochiis videlicet de Cucuisna, de Monte Eunni et de Chissiaco. Datum Laterani Idus Martii.

---

236. *Hadrianus IV clericis et laicis cet. et universis „in Argentia in agricultura laborantibus“ scribit de decimis Raymundo archiepiscopo Arelatensi persolvendis.*

Bibl. nat. Paris. 1) Coll. Baluze 88 fol. 26 manu s. XVII; 2) ms. lat. 12772 fol. 33 man. s. XVII.

1157–59 Mai 14. Adrianus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis tam clericis quam laicis, monachis, hospitalariis, templariis et universis in Argentia in agricultura laborantibus salutem et apostolicam benedictionem. Ex iniuncto nobis a Deo summi pontificatus officio fra-

[1] Theobaldo.

tribus nostris episcopis in sua iustitia existimus debitores et eis 1157–59
cogimur iura sua illibata et integra conservare. Inde utique est Mai 14.
quod universitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus et mandando praecipimus, quatenus decimam, quam in tota Argentia de fundis novarum terrarum praesentialiter laboratarum aut imposterum laborandarum[a] venerabilis frater noster Raymundus Arelatensis archiepiscopus in transactione, quam fecit cum Ildephonso Tholosano comite, sicut in scripto exinde facto[b] continetur[1], sibi[c] retinuit, ei omni occasione et excusatione postposita persolvatis et nulla ratione eandem decimam vobis invito archiepiscopo retinere aut aliquibus personis exsolvere praesumatis. Datum Laterani II Idus Maii.

---

237. *Alexander III Catalaunensis episcopi studium erga se et Romanam ecclesiam laudat. De appellationibus in causis civilibus respondet. R. canonici ex ecclesia Omnium Sanctorum eiecti causam ei demandat.*

Bibl. facultatis medicinae Montispessulanae ms. 315 s. XII fol 108 vo.[d]

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri 1160
B(osoni) Catalaonensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Ian. 2.
Constitutus in presentia nostra R. lator presentium sua nobis relatione exposuit, quod, cum ad sedem apostolicam cum tuis literis properaret, in quibus non modicum leticie de promotione nostra diceris denotasse et nos, quod de appellationibus sit tenendum, consuluisse, per pravorum violentiam eedem littere fuerunt ei ablate; unde nos super devotione ac fidei sinceritate, quam circa matrem tuam Romanam ecclesiam et personam nostram habere dinosceris, in Domino exultamus rogantes et monentes attentius, quatinus in unitate ac fidelitate Romane ecclesie ac nostra immobili firmitate consistas. Nos enim personam tuam sincera in Domino caritate diligere volumus et in tuis justis peticionibus exaudire. Super appellationibus autem illarum causarum, que inter laicas personas vertuntur, fraternitatem tuam in hunc modum duximus instruendam, videlicet ut non liceat civilibus personis in causa civili ante pronuntiacionem sentencie in vocem appellationis prorumpere. A qua scilicet sententia vel postquam si forte infra X dies fuerit appellatum et infra unius

[a] *sic recte* 1; personaliter laboratarum aut laborandarum 2. [b] *sic* 2; in scriptis suis 1. [c] sicut *perperam in 1.* [d] *Mihi misit L. Delisle vir ill.*

[1] Instrumentum vide in Gall. Christ. I. Instr. 97.

1160 Ian. 2. anni curriculum, nisi evidens et manifesta necessitas impediverit, appellans suam appellationem non fuerit prosecutus de cetero sententia ipsa juste prolata firmitatis robur obtineat. Preterea quoniam prefatus R. canonicus ecclesie Omnium Sanctorum se conqueritur ab ecclesia ipsa violenter et absque rationabili causa ejectum fuisse, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus abbatem ejusdem ecclesie diligenter commoneas, ut illum, etiam si forte in aliquo deliquisset, disciplina secundum beati Augustini regulam et consuetudinem ordinis prescripte ecclesie servata, in sepe dictam ecclesiam recipiat. Illos vero, quos istum verberasse constiterit, nisi forte de mandato prelati sui hoc fecerint, tam diu publice denunties anathematis vinculo innodatos, donec de tanto satisfacturi excessu cum tuis litteris nostro se conspectui representent. Dat. Anagnie IIII Nonas Ianuarii.

---

238. *Alexander III eremitarum quorundam apud Fontem Gehardi viventium subjectionem Maiori monasterio exhibitam confirmat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12880 fol. 196. Scripsit Martene.

1162 Oct. 10. Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Roberto abbati Maioris monasterii eiusque fratribus salutem et apostolicam benedictionem. Quemadmodum apostolicae sedis auctoritas habet male acta corrigere, ita eiusdem est bene acta firmare. Pervenit siquidem ad nos, quod quidam homines de Fonte Gehardi in Cenomannensi episcopatu habitantes, nomine Heremitae, sed nulla ecclesiastica *etc. ut in epistola Eugenii III d. Remis d. 16 Apr. 1148, supra n. 203.* Datum Turonis VI Idus Octobris.

---

239. *Alexander III compositionem inter episcopum Parisiensem et abbatem Columbensem a Milone archipresbytero Mediolanensi et Osmundo canonico Parisiensi factam confirmat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 69 fol. 233 manu s. XVIII.

1163 Apr. 20. Alexander episcopus servus servorum Dei dilecto filio Rogerio abbati Columbensis monasterii salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis facilem nos convenit impertiri consensum et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu compositionem, quae inter

te et Mauricium Parisiensem episcopum super ecclesiam S. Germani in Laia et capellam S. Aegidii cum parochia sua et omnibus ad praedictam ecclesiam sancti Germani pertinentibus, dilectis filiis nostris Milone Mediolanensis ecclesiae archipresbytero et Osmundo Parisiensi canonico mediantibus, rationabiliter facta est, sicut in autentico scripto exinde facto[1] noscitur contineri, tibi et per te ecclesiae tuae auctoritate apostolica firmamus et praesentis scripti patrocinio communimus statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei aliquatenus obviare. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, omnipotentis Dei indignationem et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Parisius XII Kalendas Maii. 1163 Apr. 20.

---

240. *Alexander III universis regni Francorum fidelibus, qui ad ecclesiam S. Germanide Pratis a sese consecratam a die 21 m. Apr. usque ad d. 19 Maii accesserint, indulgentiam promittit. Addit de anniversario dedicationis die.*

Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 230 n. 18.

Alexander episcopus servus servorum Dei universis Dei fidelibus per regnum Francorum constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Certum est et multarum scripturarum testimonio comprobatum, qualiter beato Petro celorum regni clavigero dominus et redemptor noster Christus Ihesus ligandi atque solvendi plenam tribuit potestatem illis precipue verbis, quibus locutus est dicens: „Tu es Petrus et super hanc petram hedificabo ecclesiam meam, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celis.“[2] Hanc eandem potestatem cunctis successoribus eius ab eodem Redemptore nostro fuisse collatam, a nullo, qui sacrarum habeat intelligentiam scripturarum, credimus ignorari. Ex ea itaque potestate nobis, qui in beati Petri cathedra licet indigni successimus, a domino Ihesu Christo concessa, cum ecclesia S. Germani Parisiensis, que proprie ad ius sacrosancte Romane ecclesie pertinet, munus dedicationis impendimus[3], de communi fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium consilio unum annum de iniuncta penitentia cunctis dei fidelibus a die dedicationis usque ad octavas pentecostes illuc causa 1163 Apr. 22.

[1] Vide Gall. Christ. VIII Instr. p 338. [2] Matth. 16, 18 et 19. [3] Die 21 Apr., vid. Jaffé Reg. Pont. Rom. p. 691.

1163 Apr. 22. devotionis euntibus relaxavimus et his, qui in anniversario ipsius dedicationis die et tribus diebus sequentibus illuc accesserint, viginti dies iniuncte penitentie nichilominus indulgemus, universitatem vestram monentes et exhortantes in Domino, quatinus ita corde contrito et humiliato ad eundem locum annis singulis accedatis, ut non alia quam sola devotionis causa illuc accedere videamini et ab omnipotente Domino vestrorum mereamini indulgentiam delictorum. Datum Parisius X Kal. Maii.

---

241. *Alexander III Ambianensi episcopo et decano mandat, inducant fratres Maioris-monasterii in possessionem decimae de Millecurt, Petro abbati S. Richarii abiudicatae.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 72 fol. 56[b] manu s. XVIII.

1163 Nov. 2. Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri T(heoderico) episcopo et dilecto filio R(adulfo) decano Ambianensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum causa, quae inter dilectos filios nostros abbatem[1] et fratres Maioris monasterii et abbatem[2] S. Richarii super duabus partibus tertiae partis decimae de Millecurt vertebatur, legitime fuisset sub vestro examine ventilata, vos auditis hinc inde rationibus et plenius intellectis, possessionem duarum illarum partium salva quaestione proprietatis praedictis Maioris monasterii fratribus adiudicavimus. Ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus eos auctoritate nostra in possessionem inducere minime differatis et faciatis eos partes illas quiete et pacifice possidere. Datum Senonis IIII Nonas Novembris.[3]

---

242. *Alexander III fratribus Latiniacensibus significat, nec se nec successores suos auri unciam ab eis exacturos esse, quam secundum libros apostolicos annuatim solvere debuerint.*

Bibl. nat. Paris. Chart. S. Petri Latiniac. scr. a. 1513. ms. lat. 9902 fol. 12.

1163–64 Oct. 11. Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Hu(goni) abbati et fratribus Latigniacensis monasterii[a] salutem et apostoli-

[a] monasterii *addidi.*

[1] Robertum. [2] Petrum. [3] Tabula haec instrumento Theoderici a. 1163 inserta est.

cam benedictionem. Invento in quodam scripto librorum nostrorum, quod Lateranensi palacio ecclesia vestra singulis annis unciam deberet auri persolvere, ab universitate vestra censum ipsum exegimus. Sed tamen nobis respondistis, nec in vestra memoria esse nec aliqua vos inde scripta habere, quod idem census ab ecclesia vestra Romane ecclesie consueverit ex condicione persolvi. Unde cum venerabilis frater noster B(ernardus) Portuensis episcopus et dilectus filius noster Henricus SS. Nerei et Achillei presbyter cardinalis per monasterium vestrum nuper transirent, quidam de maturioribus et antiquioribus fratribus in presencia eorum hoc ipsum parati fuerunt jurare. Quia igitur Romana ecclesia numquam consuevit exigere sed potius rogare, ut alias ecclesias sibi faceret censuales, vos et ecclesiam vestram ab huiusmodi exactione absolvimus et, ut neque nobis aut successoribus nostris, nisi forte de propria voluntate et beneplacito vestro procederet, hunc censum de cetero ab ecclesia vestra exigere liceat, presenti scripto censemus. Datum Senonis V Idus Octobris. 1163–64 Oct. 11.

---

243. *Alexander III fratribus Gemundensibus praecipit, ut in monasterio altare erigant ad memoriam sepultorum in ecclesia S. Petri a Willelmo Ernaudi occasione conversionis Azemarii fratris concessa.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12773 fol. 159, cop. c. a. 1681.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati et fratribus Gemundensibus salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam sicut accepimus Willelmus Ernaudi, qui in conversione Azemarii fratris sui ius, quod habebat in ecclesia S. Petri de Mazeris, cum eo pariter monasterio vestro concessit, votum et desiderium gerit, ut pro altari illius ecclesiae, quod ibi destitutum relinquitur, in eodem monasterio vestro altare aliquod construatur, in quo memoria eorum, qui in cemeterio praedictae ecclesiae conquiescunt, per succedentia tempora celebretur, monemus attentius universitatem vestram atque mandamus, quatenus eius laudabili voto in hac parte studiosius annuentes pro altari illo aliud altare in praedicto monasterio vestro studeatis erigere, in quo memoria illorum, qui illic requiescunt, specialiter debeatis in posterum celebrare. Datum Senonis IV Non Decembris. 1163–64 Dec. 2.

244. *Alexander III episcopo et capitulo Aurelianensi significat, Gilonem militem duas ecclesias in manibus suis refutasse et ecclesiae eorum dimisisse.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 78 fol. 14. Descripsit Steph. Baluzius anno 1667.[a]

1164 Iul. 20. Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri episcopo[1] et dilectis filiis universo capitulo ecclesiae sanctae Crucis Aurelianensis salutem et apostolicam benedictionem. Quociens aliqua digna memoria ad apostolicae sedis praesentiam perferuntur, iustum est et rationi conveniens, quod ea literarum fidei commendentur, ut habeat secutura posteritas, quid de gestarum rerum teneat veritate. Inde est quod universitati vestrae praesentium significatione volumus innotescat, quod dilectis filiis nostris Herberto ecclesiae vestrae archidiacono, Guarino archipresbytero et Gilone milite de Loriaco in nostra praesentia constitutis post multam commonitionem nostram idem Gilo de Arebrachio et de Loriaco ecclesias, quas ex prava et antiqua illa consuetudine iure hereditario possidebat, libere et absolute in nostris manibus refutavit et universo iuri, quod in eis se habere dicebat, penitus abrenuncians ipsas tactis coram nobis sacrosanctis evangeliis abiuravit et liberas in posterum ecclesiae vestrae reliquit. Datum Senonis XIII Kal. Augusti.

---

245. *Alexander III clero et populo Compendiensi praecipit, ut res monasterii alienatas reddant aut, quos habere eas cognoverint, abbati indicare studeant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 72 fol. 3. Scripsit Dom Grenier.

1163. 65. Apr. 11. Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis universo clero et populo Compendiensibus salutem et apostolicam benedictionem. Pastoralis sollicitudo, quam ex divinae dispositionis arbitrio gerimus, monet nos multipliciter et hortatur ita de statu universarum ecclesiarum satagere, quod sub provisione nostra nullam possint iacturam in rebus suis vel detrimentum aliquod sustinere. Nostris siquidem auribus noveritis intimatum, quod quidam vestrum casulas, libros, privilegia et alia pretiosa ornamenta Compendiensis ecclesiae abbati et fratribus ipsius ecclesiae subcelare non dubitant

[a] „Ex chartulario vetere ecclesiae Aurelianensis, ubi epistola num. XXVIII signata erat."

[1] Manassae.

et ab eadem ecclesia alienare. Unde quoniam quanto praefata ec- 1163. 65.
clesia ad ius et proprietatem beati Petri et provisionem nostram Apr. 11.
specialius spectat, tanto attentius nobis providendum imminet et sollicite cogitandum, ne bona sua distrahantur, universitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus omni occasione et excusatione cessante, quicumque vestrum de praedictae ecclesiae thesauro aliqua habent, reddere non postponant et illos, quos habere cognoverunt abbati et fratribus praefatae ecclesiae studeant plenius iudicare, alioquin noverint se, quicumque habuerint et reddere recusaverint, auctoritate apostolica excommunicationis vinculo innodatos. Datum Parisiis III Idus Aprilis.

---

246. *Alexander III episcopo Parisiensi mandat, moneat canonicos suos, ut in eligendo decano tandem conveniant.*

Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 230 n. 28[d].

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri 1165
M(auritio) Parisiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Apr. 21.
Ex relatione tua iam plerumque et etiam cum in terra presentes essemus agnovimus, quod canonici ecclesie beati Marcelli, que decano vacare dinoscitur, non possunt in aliquem convenire, quem sibi debeant in decanum preficere. Unde nos utilitati eiusdem ecclesie ex officii nostri debito providere volentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eosdem canonicos cum omni diligentia studeas convenire, ut in aliquam personam litteratam, idoneam et honestam pari voluntate conveniant. Quod si efficere forte noluerint, electionem, quam maior et sanior pars capituli de aliqua persona idonea honesta et litterata fecerint, tu omni appellatione cessante ratam habeas et eam studeas confirmare. Quod enim tu exinde feceris, nos auctore Domino ratum et firmum habebimus. Dat. Stampis XI Kal. Maii.

---

247. *Alexander III archiepiscopo Narbonensi et episcopo Magalonensi mandat, ut quosdam fratrum Vallis-magnae, qui claustro relicto uxores duxerint, in monasterium redire iubeant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12770 s. XVII. fol. 138

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratri- 1165
bus Narbonensi archiepiscopo[1] et Magalonensi episcopo[2] salutem Aug. 2.
et apostolicam benedictionem. Ex transmissa relatione dilectorum

[1] Pontio. [2] Iohanni.

1165 Aug. 2. filiorum nostrorum abbatis[1] et fratrum monasterii de Valle magna[2] nobis est insinuatum, quod quidam parrochianorum vestrorum, postquam eorum sunt religionem professi, retro respicientes iterum ad seculum redierint et uxores acceperint. Unde quoniam regni coelestis aptitudinem meretur[a] amittere, qui tamquam canis ad vomitum rediens[3] anteriora post terga noscitur reiecisse, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus omnes parrochianos vestros, quos supradictorum fratrum habitum suscepisse constiterit et in eodem monasterio professionem[b] fecisse, ad eos relicto seculo postposita dilatione redire commoneatis et districtius compellatis. Quos si monitis vestris obtemperare contempserint, eos excommunicationis sententia feriatis. Datum apud Montempessulanum IIII Non. Augusti.

---

248. *Alexander III archiepiscopo Narbonensi eiusque suffraganeis mandat, ne a parochianis suis homines feria quadam in villa Anianensi convenientes iniuriis affici patiantur.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12760 s. XVII fol. 326.

1165 Aug. 6. Alexander episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Narbonensi[4] archiepiscopo et universis eius suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem. Ex commisso nobis officio curare debemus et sollicitudinem gerere, ut res ecclesiasticae et eorum iura in sua integritate serventur nec qualibet faciente malitia ullatenus minuantur. Dilecti autem filii nostri abbas[5] et fratres Anianensis monasterii quandam feriam in villa Anianae solent annuatim habere, ad quam multi de diversis partibus tempore constituto conveniant. Unde nos eorundem abbatis et fratrum devotione pariter et postulatione inducti et ipsius monasterii ampliationi et indemnitati ferventius intendere cupientes, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus universis parochianis vestris sub districtione anathematis generaliter inhibeatis, ne quoslibet eorum ad praescriptas ferias[c] venientes in eundo vel redeundo impediant aut aliquam inuriam vel molestiam audeant irrogare. Quod si quis eorum attemptare praesumpserit, malefactorem ipsum, nisi a vobis commonitus ablata omnia cum integritate restituat, de iniuriis et damnis illatis debite satisfaciat et personas liberas absolutasque

[a] merentur *cod.* [b] *sic scripsi pro* petitionem *cod.* [c] *sic cod.*

[1] Ermengaudi. [2] hodie Vallemagne, ord. Cist. mon. dioec. Agathensis. [3] Cf. Proverb. 26, 11. [4] Pontio. [5] Raimundus.

dimittat, anathematis vinculo innodetis et sententiam illam usque ad dignam satisfactionem firmiter observetis. Si vero alicuius castri dominus in rebus euntium et redeuntium rapinam commiserit et a vobis vinculo anathematis innodatus non resipuerit, castrum ipsum, ad quod rapina devenit, usque ad plenariam satisfactionem interdicto subiicere nullatenus differatis. Datum apud Montempessulanum VIII Id. Augusti. 1165 Aug. 6.

---

249. *Alexander III concordiam inter capitulum Aurelianense et Rainaldum de Craciaco factam confirmat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 78 fol. 15. Descripsit Baluzius a. 1667.[a]

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis capitulo ecclesiae sanctae Crucis Aurelianensis salutem et apostolicam benedictionem. Iniunctae nobis amministrationis officio et pontificalis sollicitudinis debito commonemur, ut ea, quae compositione vel iudicio sunt terminata, apostolicae tuitionis munimine roboremus et perpetuae firmitatis robore fulciamus. Eapropter vestris iustis postulationibus gratum impertientes assensum compositionem, quae inter vos et Rainaldum de Craciaco super quibusdam consuetudinibus, quas idem R. in terra ecclesiae vestrae de Maziaco requirebat, mediante venerabili fratre nostro P(etro) Bituricensi archiepiscopo de beneplacito et assensu utriusque partis facta est et data, hinc inde fide firmata, sicut in autenticis scriptis exinde factis continetur[1], auctoritate apostolica confirmamus et, ut futuris temporibus inviolabiliter observetur, eam praesentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hac paginam nostrae constitutionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Beneventi XVIIII Kal. Ianuarii. 1167–69 Dec. 14.

---

250. *Alexander III episcopo Meldensi mandat, ut Hu. et Simonem militem ab injuriis in monasterium Latiniacense dehortetur.*

Bibl. nat. Paris. Chart. S. Petri Latiniac. scr. a. 1513. ms. lat. 9902 fol. 13.

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Meldensi episcopo[2] salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus 1168–69 Apr. 1.

[a] „Ex chartul. vetere eccl. Aurelian., ubi epistola num. XXX. signata erat."

[1] Vide instrum. in Coll. Baluze 78 fol. 94. [2] Stephano.

1168–69 Apr. 1. filius noster Latigniacensis abbas[1] transmissis nobis litteris intimavit, quod Hu. de Valleogrinosa ei quandam villam perturbat, Simon vero miles medietatem reddituum, quam debet habere in domibus suis in nundinis iam dicto abbati et ecclesie illicite subtrahere non veretur. Quia igitur in eo sumus officio providente Domino constituti, ut sacris Dei ecclesiis iura sua illibata et integra conservemus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatos viros commoneas et districte compellas, ut abbati et ecclesie sue villam et redditus libere et quiete dimittant et nullam deinceps super his molestiam vel gravamen infligant vel in presentia tua, quid iuris se in his habere confidunt, plenam exinde iusticiam exhibeant. Quod si monitis tuis obtemperare noluerint, eos absque appellacionis remedio ecclesiastica censura percellas. Preterea nobis insinuatum est, quod Disol miles Iohanni de Bambicio nemus quoddam, quod ad[a] censum quinque solidorum ab ecclesia Latigniacensi tenebat, irracionabiliter abstulit et ecclesiam Latiniacensem debito censu fraudavit. Ideoque discretioni tue presencium auctoritate injungimus[b], ut predictum militem[c] ad nemus Latigniacensis ecclesie prefato Iohanni reddendum vel ad iusticiam exhibendam instanter moneas et omni districtione[d] compellas. Alioquin si neutrum adimplere noluerit[e], eum remoto appellationis remedio vinculo excommunicationis astringas. Datum Beneventi Kal. Aprilis.

---

251. *Alexander III monasterii Quadragintensis a basculis et brabantionibus vehementer attriti possessiones quolibet titulo alienari vetat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Doat 58 fol. 134. cop. a. 1668.

1168–69 Apr. 5. Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis P(etro) abbati et fratribus monasterii sanctae Mariae de Quaranta salutem et apostolicam benedictionem. Cura et sollicitudo universalis ecclesiae, quam disponente Domino gerimus, nos admonet propensius et hortatur paci et utilitati ecclesiarum diligenti studio intendere et earum indemnitati propensiori diligentia providere. Quia igitur propter gravissimam persecutionem basculorum et brabantionum res monasterii vestri plurimum dissipatae sunt et vehementer attritae, nos eius damnis et aerumnis manu sollicitudinis subvenire volentes autoritate apostolica sub interminatione anathe-

[a] a *cod.* [b] injungemus *c.* [c] miles *c.* [d] constrictione *c.* [e] noluerint *c.*

[1] Hugo.

matis prohibemus, ne quis bona vel possessiones praedicti mona- 1168–69
sterii pignori supponere vel quolibet titulo alienare nisi causa me- Apr. 5.
liorandi praesumat. Hi autem, qui possessiones ipsius monasterii in pignore accipere aut emere praesumpserint, eadem poena plectantur et ipsa emptio vel alienatio, si facta fuerit, irrita penitus habeatur. Praeterea salvitatem monasterii infra certos terminos et antiquos constitutam et ab antiquis retro temporibus usque ad haec ipsa observatam apostolici scripti munimine roboramus. Ecclesias quoque et possessiones, quas monasterium vestrum in praesentiarum legitime possidet aut in futurum justis modis Deo parante poterit adipisci, vobis et eidem monasterio nihilominus confirmamus, statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Beneventi Nonas Aprilis.

---

252. *Alexander III capituli Aurelianensis statutum confirmat, ut nullus canonicorum, nisi fuerit in servitio assiduus, ultra 25 solidos de beneficiis annuatim recipiat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 78 fol. 13[b]. Descripsit Steph. Baluzius a. 1667.[a]

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis decano 1168–69
et capitulo Aurelianensi salutem et apostolicam benedictionem. Pro Iun. 30.
ecclesiarum incremento pariter et augmento sollicite debemus satagere et eorum rationabiles constitutiones et consuetudines conservare. Suggestum est siquidem nobis, quod in ecclesia vestra communiter est statutum, ut nullus canonicorum vestrorum de beneficiis ecclesiae ultra XX et V solidos annuatim recipiat, nisi qui fuerit in eiusdem ecclesiae servitio assiduus. Quam utique constitutionem salvis praebendis, quas in eadem ecclesia Cluniacense monasterium aut alia religiosa domus antiquitus habuit, ratam et firmam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et robur de cetero perpetuae firmitatis tenere sancimus, statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Beneventi II Kal. Iulii.

[a] „Ex chartular. vetere eccl. Aurelianens., ubi epistola num. XXVII signata erat."

253. *Alexander III episcopo et canonicis Lemovicensibus praecipit, ut populum episcopatus non solum ecclesiam cathedralem sed etiam monasterium S. Martialis annuatim visitare cogant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12746 fol. 398 s. XVII.

1171–72 Iun. 20. Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri episcopo[1] et dilectis filiis canonicis Lemovicensibus salutem et apostolicam benedictionem. Conquerentibus nobis dilectis filiis nostris abbate[2] et fratribus sancti Martialis Lemovicensis accepimus, quod cum populus vestri episcopatus ex institutione beati Martialis usque ad tempora tua, frater episcope, ecclesiam vestram et monasterium praedictorum fratrum consueverit annis singulis visitare, tu institutione illa non sine detrimento monasterii iamdicti mutata praedicto abbati et multis aliis contradicentibus, statuisti, ut in singulis ecclesiis eiusdem episcopatus earum parrochiani semel in anno conveniant et quisque domus annis singulis[a] tibi denarium solvat. Si quis autem denarium taliter tibi solvere contradixerit, usque ad eius solutionem anathematis sententia coercetur. Quoniam ergo praescriptum monasterium ex mutatione illius institutionis se conqueritur oblatione spoliatum, nos iuri et indemnitati ipsius monasterii providere volentes authoritate vobis apostolica prohibemus, ne de cetero populum ipsius episcopatus in singulis ecclesiis congregari faciatis, sed secundum institutionem sancti Martialis et . . . . . consuetudinem Gallicanae ecclesiae eundem populum ecclesiam vestram et idem monasterium occasione et appellatione cessante annuatim visitare cogatis, sicut usque ad tempora tua, frater episcope, eandem ecclesiam et monasterium visitare solebat. Si vero praeceptum nostrum in his contempseritis adimplere, noveritis nos venerabili fratri S.[3] archiepiscopo Bituricensi in mandatis dedisse, ut institutionem, quam tu, frater episcope, de novo fecisti, nostra et sua authoritate rescindat et institutionem antiquam per episcopatum vestrum appellatione remota suscipi faciat et inviolabiliter observari, universo populo sub anathematis interminatione praecipiens, ut secundum antiquam institutionem vestram et praetaxatum monasterium studeant de cetero sine contradictione qualibet visitare. Porro si vos impetus quoslibet[b] praestiteritis, quominus antiqua institutio in his recipiatur et observetur, sive archiepiscopus Bituricensis aut presbyteri vel alii clerici in suis ecclesiis praesumpserint

[a] singulis *addidi.* [b] impetui quodlibet *c.*

[1] Geraldo. [2] Petro. [3] Stephano, a. 1173 mortuo.

de cetero contra eandem consuetudinem populum congregare, in vos 1171–72
et in ipsos propter hoc authoritas apostolica dure et aspere . . . Iun. 20.
proponat[a] animadvertere. Datum Tusculani XII Kalendas Iulii.

---

254. *Alexander III consuetudines, quas Teudo de Firmitate in villa „Marisiacus" habuerit et monasterio S. Genovefae remiserit, a quoquam exerceri vetat.*

Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 231 n. 59.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Hugoni 1173–74
abbati et fratribus sancte Genovefe salutem et apostolicam bene- Iul. 28.
dictionem. Continetur in scripto quodam, quod bone memorie Hen-
(ricus) quondam Francorum rex fecisse dinoscitur, quod Teudo de
Firmitate, que appellatur Urcha, coram eodem rege pravas consue-
tudines, quas in villa apostolorum Petri et Pauli et sancte Geno-
vefe, que Marisiacus nominatur, habebat, ecclesie vestre remisit.
Inde est quod nos precibus vestris inducti et officii nostri debito
provocati, quod super his coram prefato rege factum est, ratum
habemus et firmum et id auctoritate apostolica confirmamus, sub
interminatione anathematis artius inhibentes, ne quis in predicta
villa consuetudines illas, quas scriptum prefati regis eundem Teu-
donem vobis continet remisisse, audeat exercere. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis seu constitu-
tionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc
attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beato-
rum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum
Anagnie V Kalendas Augusti.

---

255. *Alexander III fratribus Cluniacensibus plausum dat, quod priorem de Caritate magistrum et abbatem elegerint. Cui ut obediant, hortatur.*

Autographum in bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 152.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . pri- 1174
ori et fratribus Cluniacensibus tam in capite quam in menbris con- Ian. 24.
sistentibus salutem et apostolicam benedictionem. Gratum nobis

[a] *textus hoc loco corruptus est.*

1174 Ian. 24. est et acceptum et providentiam vestram digne in Domino commendamus, quod vos fratres de capite Cluniacensis monasterii in dilectum filium nostrum, fratrem vestrum, priorem[1] quondam de Caritate, virum utique nobilem, religiosum, providum et honestum et nobis carum ad modum et acceptum unanimiter convenistis eumque vobis elegistis in magistrum pariter et abbatem. Inde est utique, quod nos electionem vestram ratam habentes et firmam eamque auctoritate apostolica confirmantes discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus ei sicuti abbati vestro debitam in omnibus obedientiam et reverentiam impendatis eiusque monitis et mandatis humiliter et devote parentes ad cultum religionis et observantiam ordinis ferventer et unanimiter intendatis scituri pro certo, quod, si qui vestrum ei contumaces fuerint vel rebelles, sententiam, quam idem abbas in eos propter hoc canonice dederit, nos auctore Domino ratam et firmam habebimus et eam faciemus inviolabiliter observari. Datum Anagniae VIIII Kal. Februarii.

---

256. *Alexander III fratribus Vallis-magnae indulget, ut clericum secularem instituant oeconomum, qui in civilibus causis iuramentum pro eis praestet.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12770 s. XVII fol. 137.

1175 Febr. 9. Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati et conventui capituli Vallis magnae salutem et apostolicam benedictionem. Attendentes quam sit indignum et inconveniens religiosis viris et his maxime, qui sunt ordinem Cisterciensem professi, praestare pro qualibet causa quatumcumque gravi corporaliter iuramentum, vobis in hoc ad exemplar praedecessorum nostrorum prompta voluntate deferimus et quod cum Deo possumus remedium adhibemus. Unde quia a vobis in causis civilibus, non solum ab ecclesiasticis sed etiam a secularibus viris, sicut asseritis, calumniae iuramentum exigitur, nos vobis ob reverentiam ordinis vestri, sicut a praedecessoribus nostris statutum est, praesentibus litteris indulgemus, ut liceat vobis aliquem clericum secularem yconomum instituere, per quem in civilibus causis praestetis calumpniae iuramentum. Datum Ferentini V Idus Februarii.

[1] Rodulfum.

257. *Alexander III archiepiscopum Rothomagensem eiusque suffraganeos hortatur, moneant parochianos quosdam, ut fratribus S. Mariae Pratensibus ablata reddant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 9973 s. XIII fol. 130[b].

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Rothomagensi archiepiscopo[1] et suffraganeis eius salutem et apostolicam benedictionem. Decet nos viros ecclesiasticos in iustitiis suis manutenere propensius et fovere ac malefactores eorum digna animadversione punire. Inde est quod dilectos filios nostros abbatem et fratres S. Mariae de Prato affectioni vestrae propensius commendamus, fraternitatem vestram per apostolica scripta rogantes attentius et mandantes, quatinus praedictos abbatem et fratres et monasterium eorum divini amoris intuitu et pro reverentia beati Petri et nostra, consideratione quoque suae religionis et honestatis diligatis et honoretis et in suis iustitiis fovere ac manutenere curetis et, si quando de parochianis vestris apud vos querelam deposuerint, eos moneatis et, si necesse fuerit, appellatione remota districtione ecclesiastica compellatis, ut eisdem abbati et fratribus ablata universa restituant, dampna data[a] resarciant aut in praesentia vestra faciant iustitiae complementum. Porro si memorati parrochiani in aliquem praedictorum fratrum violentas manus iniecerint et ad vos exinde querela pervenerit, malefactores ipsos accensis candelis publice appellatione cessante excommunicatos denuntietis et sicut excommunicatos faciatis ab omnibus cautius evitari, donec passo iniuriam congrue satisfaciant et cum litteris vestris apostolico se conspectui repraesentent. Datum Ferentini pridie Idus Maii. 1175 Mai 14.

258. *Alexander III episcopo Petragoricensi et abbati Coronensi mandat, ut a Senebruno de Sparra monasterio S. Crucis Burdigalensi ablata restitui faciant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12751 s. XVII fol. 226.

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Petragoricensi episcopo[2] et dilecto filio abbati de Corona[3] salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii nostri abbas[4] et fratres sanctae Crucis Burdegalensis transmissa nobis conquestione mon- 1175 Iun. 25.

[a] *fortasse corruptum ex* illata.

[1] Rotroco. [2] Petro. [3] Geraldo. [4] Geraldus.

1175 Iun. 25. strarunt, quod cum ipsi villam de Solaco, servos et ancillas, prata, silvas, piscationes et quaedam alia de dono Willelmi comitis fuissent adepti, Senebrunus de Sparra multa ex his occupare praesumpsit, quae contra rectum et iustitiam detinet occupata. Quoniam igitur ecclesiarum iura a violentiis malignorum apostolica nos decet authoritate defendere, discretioni vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatinus praefatum virum monere curetis et diligenter inducatis, ut praedictis fratribus ablata omnia ex integritate restituat et in pace dimittat aut ipsis exinde . . . . . .[a] vobis iustitiae non differat plenitudinem exhibere. Si vero neutrum horum fecerit, in terra eius contradictione et appellatione cessante divina prohibeatis officia celebrari et, si nec sic resipuerit, personam ipsius vinculo anathematis astringatis. Porro si uterque vestrum his exequendis non potuerit adesse, alter adhibitis sibi viris prudentibus et honestis nihilominus exequatur. Datum Ferentini VII Kal. Iulii.

---

259. *Alexander III episcopo Noviomensi et decano S. Quintini mandat, ne A. quendam ab abbate Ribomontensi usuram requirere patiantur.*

In tabul. nat. Paris. cartul. Ribomontensi s. XIII. LL. 1015 fol. 18[b].

1160–76 Iun. 5. Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . Noviomensi episcopo et dilecto filio . . decano S. Quintini salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte abbatis sancti Nicholai de Pratis accepimus, quod, cum A. ei quondam certam summam pecunie mutuasset, abbas illi pro usura decem modios avene dare convenit. Tandem autem cum contigisset, eundem A. graviter infirmari, ipse penitentia ductus usure, quam statuerat, renuntiavit, cumque ab infirmitate convaluisset, immemor facte renuntiationis prelibatam usuram improbe requisivit. Ceterum quoniam rei veritas nobis non constat, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus rem ipsam diligenter et sollicite inquiratis et, si ita esse inveneritis, cum mortale sit et iniquum usuras exigere, prefato A. sub interminatione anathematis prohibeatis, ne a predicto abbate prescriptam usuram ulterius requirat aut exinde aliquam sibi molestiam faciat. Quod si prohibitionem vestram observare noluerit, ipsum remoto appellationis obstaculo censura ecclesiastica percellatis. Datum Anagniae Non. Iunii.

[a] *lacuna voce* praesentibus *vel* coram *supplenda videtur.*

260. *Alexander III archiepiscopo Turonensi eiusque suffraganeis abbatem fratresque Maioris monasterii commendat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879 fol. 150[b]. Scripsit Martene.

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Turonensi archiepiscopo[1], apostolicae sedis legato, et suffraganeis eius salutem et apostolicam benedictionem. Decet nos religiosa loca et eos, qui in eis Domino famulantur, diligere et honorare et ab injuriis malignantium defendere pariter et tueri. Inde est quod dilectos filios nostros abbatem et fratres Maioris monasterii fraternitati vestrae propensius commendamus per apostolica scripta rogantes attentius et mandantes, quatenus abbatem et fratres praescripti monasterii divini amoris intuitu et pro reverentia b. Petri et nostra ac[a] consideratione religionis et honestatis eorum diligatis et honoretis et ab injuriis malignantium protegatis pariter et defendatis, ita quod sollicitudo vestra debeat exinde commendabilis apparere. Propterea si quando de parrochianis vestris apud vos querelam deposuerint, eos ad ablatorum restitutionem et damnorum restaurationem vel exhibitionem iustitiae sollicite moneatis et, si necesse fuerit, occasione cessante districtione ecclesiastica compellatis. Datum Anagniae XI Calendas Iulii. 1173–76 Iun. 21.

---

261. *Alexander III Willelmo archiepiscopo Senonensi eiusque suffraganeis de cappellanis quibusdam scribit, qui parochianos in monasterio Ioiacensi absque eorum licentia recipi non patiantur.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 158. Martene descripsit „ex cartario Ioyaci".

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus W(illelmo) Senonensi archiepiscopo, apostolicae sedis legato, et suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem. Res ad nos omnino detestabilis et sanctorum patrum institutis inimica pervenit, quod quidam capellani in partibus vestris constituti in contumeliam religionis et contemtum monastici ordinis parochianos suos in Ioyacensi monasterio, quod est de ordine Cisterciensi, habitum sanctae conversationis absque licentia sua recipere prohibent, quam ab eis non possunt nisi prius oblato precio aliquatenus obtinere. Quod utique grave gerimus et molestum et adversus eos plurimum moveri 1174–76 Ian. 17.

[a] ac *ipse addidi.*

[1] Bartholomaeo has litteras directas esse, docent verba: „apost. sed. legato."

1174–76 Ian. 17. compellimur, cum ex officio suo gregem dominicum sibi commissum ad servitium omnipotentis Dei et amorem coelestis patriae deberent assidua exhortatione inducere et eisdem viam salutis aeternae verbo et exemplo monstrare. Unde illud evangelicum ipsis recte videtur congruere: *Vae vobis scribae et pharisaei, qui tulistis clavem scientiae nec vos intratis nec alios intrare permittitis.*[1] Quoniam igitur negotiationis est hoc et turpis, tueri commodum, et ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus in synodis publicis conventibus vestris praefatos capellanos sollicite moneatis, ne amplius parochianos suos liberos et absolutos ad praedictum ordinem transire prohibeant nec ab eis sub hac occasione pecuniam exigant. Verum si mandatis vestris adquiescere noluerint, vos eos apostolica freti auctoritate ita corrigatis et castigetis, ut talia de cetero nec audeant attentare et ceteri metu poenae illorum a similitudinibus et similibus valeant coherceri.[a] Congruum est enim et ordo postulat caritatis, ut liberum sit iam dictis parrochianis fugientibus Aegyptum ad terram promissionis ire, volentibus toto desiderio conditori nostro acceptum obsequium et devotum impendere. Datum Anagniae XVI Calendas Februarii.

---

262. *Alexander III fratribus S. Salvii indulget, ne cui parochianorum, etiamsi literatus sit, alias ecclesias in quotidianis officiis vel ecclesiasticis sacramentis frequentare liceat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 69 fol. 238 cop. a. 1775.

1176 Apr. 26. Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis A(imoni) priori et fratribus ecclesiae sancti Salvii salutem et apostolicam benedictionem. Significatum est nobis ex parte vestra, quod multi diversorum officiorum homines in parochiis vestris manentes, quia litterati et, licet nullum ordinem habeant, audiendi[b] divina et percipiendi alia ecclesiastica sacramenta, ubi et a quibus voluerint, libertatem sicut clerici volunt habere. Unde quoniam, quod generali consuetudini obviare dignoscitur, nemo sibi debet aliquatenus detrahere[c], auctoritate apostolica prohibemus, ne cui liceat de hominibus in parochia vestra manentibus, nisi clericalem habitum et ordinem habuerit, alias ecclesias in cotidianis officiis vel in aliis

[a] exherceri *c.* [b] audienda *c.* [c] detrahi *c.*

[1] Matth. 23, 13.

ecclesiasticis sacramentis occasione illa, quia litteras noverunt, 1176
contra generalem terrae consuetudinem frequentare, sed ecclesiis, Apr. 26.
in quarum parochiis habitant, parochialia iura persolvant nec ipsi nec scholares alibi nisi salva iustitia ipsarum ecclesiarum in parte testamenti sepeliantur. Datum Anagnie VI Kal. Maii.

---

263. *Alexander III ecclesiae Hadmerslebensis tutelam suscipit eiusque sepulturam liberam esse decernit.*

Registri Alexandrini fragm. ep. 36, in cod. Collegii Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 121.

Preposito et fratribus Harmerslavensis ecclesie. Apostolice 1177?
sedis auctoritate inducimur et caritatis debito nichilominus provocamur, religiosa loca quadam caritatis prerogativa diligere eisque contra iniurias malignantium apostolice tuicionis patrocinium non negare. Hac itaque ratione inducti et vestris postulationibus benignius inclinati ecclesiam vestram cum omnibus, que in presentiarum canonice possidet aut in futurum iustis modis prestante Domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus etc. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus etc. Nulli ergo omnino hominum liceat prescriptam ecclesiam temere perturbare, possessiones eius[a] auferre vel ablata retinere seu hanc paginam nostre protectionis et constitutionis etc.

---

264. *Alexander III T. de Pilio ob studium erga se et Romanam ecclesiam gratias agit hortaturque, ut in eo perseveret.*

Reg. Alex. fragm. ep. 37, l. l. fol. 121[b].

T. de Pilio. Gratum nobis est plurimum et acceptum et ex- 1177?
inde ad amorem tuum magis ac magis accendimur, quod circa obsequium nostrum et ecclesie vigilem te exhibes et sollicitum et devotionem, quam circa nos et ecclesiam geris, per operis exhibitionem ostendis. Super quo nobilitati tue uberes gratias exhibentes rogamus attentius et mandamus, quatinus, sicut de te confidimus et laudabiliter nosceris incepisse, obsequio nostro ferventer intendas et fidem tuam, sicut fecisti hactenus, operibus manifestes, ita quod te propter hoc uberiori caritate diligere et commodis tuis et profectibus debeamus amplius imminere.

[a] eis *cod.*

265. *Alexander III dominos Cavenses ad bellum hominibus de Roiata, Romanae ecclesiae inimicis, inferendum adducit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 38, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 121[b].

1177 ex.–1178 in. Nobilibus viris dominis Cavensibus.[a] Quanto nobis et ecclesie magis tenemini fideles existere, tanto offensas nostras studiosius vindicare et hostes nostros et ecclesie debetis amplius impugnare. Inde est quod, cum hominibus de Roiata[b], ne sapientes sibi videantur, velimus secundum suam stulticiam respondere[1], universitati vestre per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatinus, sicut de vobis confidimus, predictis hominibus vivam guerram facientes eos sicut hostes nostros, ubicumque poteritis, viriliter impugnetis et ad persequendum eos sollicite praecingamini, ita quod devotionem vestram possimus non inmerito commendare et preces vestras libentius exaudire.[2]

---

266. *Alexander III Coloniensi et Magdeburgensi archiepiscopis aliisque nuntiat, T. medicum „pro omni suspicione de medio tollenda" ad Fridericum imperatorem missum esse; quem ut ad promissa exsolvenda pacemque observandam commoneant, hortatur.*

Reg. Alex. fragm. ep. 56, l. l. fol. 125[b].

1178 in. Coloniensi[3] et Madeburgensi[4] archiepiscopis et dilecto filio Warmatiensi electo[5] et Wrtwino[c] imperialis aule prothonotario. A memoria nostra non excidit nec a vestra credimus excidisse, cum quanta sollicitudine vestra et instantia pax sit inter nos et karissimum in Christo filium nostrum F(ridericum) illustrem Romanorum imperatorem volente Domino reformata. Expedit autem plurimum, ut qui in reformatione solliciti extiterunt, in consummatione et conservatione existere non debeant negligentes. Huius rei gratia dilectum filium nostrum T. presentium latorem nobis devotissimum, imperatori fidelissimum, medicum utriusque, pro suspitione omni tollenda de medio et detractionis materia, ad eiusdem imperatoris

[a] Caven̄ *c.* [b] Roiat̄ *c.* [c] *alias* Wortwino.

[1] Proverb. 26, 5. [2] In bulla, die 30 Ian. 1179 data abbati Sublacensi, papa ita loquitur: „Nobis autem de partibus Venetiae ad Urbem redeuntibus,..... exercitu congregato, praescriptum castrum (sc. Roiatam) et Roccam Siccam capi fecimus ipsaque ad manus nostras duximus revocanda." Liverani Spicil. Liberianum p. 650. [3] Philippo. [4] Wichmanno. [5] Conrado.

presentiam duximus transmittendum; dilectionem vestram per apo- 1178 in.
stolica scripta rogamus, monemus attentius et mandamus, quatinus[a] convenientes in unum eundem imperatorem ad complenda promissa et pacem nostram et suam firmiter observandam, quam ei, filio suo, tibi[b] sicut venerabili fratri et omnibus, de quibus specialiter actum est, et aliis etiam, sicut desideranter recepimus, servare semper volumus et optamus, sicut de vobis confidimus et utrique expedire cognoscitis, inducatis, eidem firmiter exponentes, quod honori ipsius et imperii pro nostri officii debito, quantum Deus dederit, intendemus. Ipse autem, sicut eius excellentiam decet, honorem ecclesie diligat et profectum, nec detractoribus acquiescat, qui animum eius turbantes pacem nostram et suam quod absit subvertere moliuntur.

---

267. *Alexander III universis ecclesiarum praelatis T. medicum ad Fridericum imperatorem destinatum commendat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 57, l. l. fol. 126.

Archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus et aliis ec- 1178 in.
clesiarum praelatis, ad quos literae iste pervenerint. Dilectum filium T. medicum nostrum presentium latorem, quem ad karissimum in Christo filium F(ridericum) illustrem Romanorum imperatorem transmittimus, universitati vestre attentius commendamus per apostolica scripta monentes propensius et mandantes, quatinus eum pro reverentia beati Petri et nostra benigne recipere ipsique curetis in securo conductu et aliis necessitatibus providere, ita quod devotionem vestram propter hoc non inmerito commendemus et peticiones libentius et efficatius admittamus.

---

268. *Alexander III Friderico imperatori scribit, quae de suo erga Lombardos et Graecos studio nuntientur, a pacis hostibus ementita esse. Causam suam a T. medico expositum iri. Contra Graecos, S. Petri patrimonium invadentes, sese ad Rogerium et Tancredum scripta destinasse. Addit, cum esset Venetiis, Marchiam indigno cuidam*

[a] *in cod. notatur* d(*ilectionem aut discretionem*) v. p. a. s. ro. mo. at. et m. q.
[b] *nescio qui error hic lateat; epistolam enim a paribus non esse scriptam, docet numerus pluralis plus semel adhibitus.*

homini assignatam esse. Imperatorem hortatur, ut quae promiserit compleat pacemque observet.

Reg. Alex. fragm. ep. 63, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 127.

1178 in. F(riderico) illustri Romanorum imperatori. Imperatoriam excellentiam vellemus frequenter litteris et nunciis visitare et statum nostrum illi exponentes de suo sepe existere certiores; verum etsi non ut vellemus, sicut tamen possumus visitantes latorem presentium nobis devotissimum, tibi fidelissimum T. nostri et tui etiam corporis medicum ad tuam duximus presentiam destinandum, quaedam per eundem intimantes, que litteris non fuerant committenda. Credimus enim et ex parte cognoscimus, quod susurrones et detractores quidam de te nobis et alii tibi de nobis interdum sinistra proponunt asserentes, quod erga te in facto Lombardorum et Grecorum ambulemus aliter quam deceret. Verum quidem fatemur, quod Lombardos, qui utiles nobis extiterunt admodum et devoti, non possumus non amare; verum tamen dicimus et indubitanter tenere te volumus, quod eos contra honorem tuum vel imperii nec diligimus nec fovemus, potius eos ad treugam servandam et complenda, que desunt, et pacem tuam devote pariter et humiliter requirendam per nuncios nostros et suos et scripta apostolica invitavimus. Quod autem impedire dicatur, per latorem presentium plenius intimamus. Nec in mentem veniat, sicut nec venire debet, quod Greci, qui fines imperii et ex parte b. Petri patrimonium invaserunt, id voluntate nostra praesumpserint vel assensu, cum etiam ut accepimus illos, quos ad suam voluntatem inflectunt, iurare faciant, se illum habituros pro papa, quem idem Greci apostolicum reputaverint. Potius intellecto eorum proposito confestim ad dilectos filios nostros, nobiles viros R(ogerium) comitem Andriae et comitem Tancredum, regium consobrinum[1], magistros iusticiarios et magnos comestabulos Apulie et Terre Laboris contra eosdem Grecos scripta direximus. Qui statim, ut nobis suis litteris rescripserunt, universos, qui de terra karissimi in Christo filii nostri W(illelmi) illustris Sicilie regis ad solidum illorum perrexerant, sub pena personarum et rerum omnium suarum ab eorundem Grecorum auxilio revocarunt. Omittere autem non possumus, quod Marchiam, que ex parte ad imperium et ex maxima parte ad ecclesiam spectat, dum eramus Venetiis praesentes quasi sub oculis nostris nobis

[1] Comitem Licii, post regem Siciliae.

penitus inconsultis homini, cui placuit, non cui decuit, assignasti.[1] 1178 in.
De generali quidem institutione ecclesiae excommunicationis sententie subiacebat, quia non solum in clericos violentas manus iniecerat, verum etiam episcopos et abbates multe religionis et auctoritatis capiens mancipaverat custodie carcerali; quorum unus in eius captivitate defunctus est, per quem Deus ut audivimus miracula sepius operatur. Pro his tamen non cessavimus, quin prefatis Grecis, sicut nostro et tuo honori vidimus expedire, curaverimus obviare et impedimentum amplius pertulissent, nisi tu ipse nobis subtraxisses vires, sicut per iam dictum T. plenius recognosces. Rogamus itaque serenitatem tuam attentius commonentes et modis quibus possumus exhortantes, quatinus omnem materiam detractionis et suspitionis, quantum in te est, studeas amovere, paci ecclesie et imperii, quae necessaria est admodum, non uni tantum set utrique ferventer intendas, quatinus nos, sicut desideranter recepimus, ita etiam tibi, filio tuo, principibus omnibus tam ecclesiasticis quam mundanis servare semper volumus et optamus et advocatis personis. per quas pax est inter nos auctore Domino reformata, et aliis, si videris advocandos, que promissa sunt compleas et quə completa sunt inviolabiliter non negligas observare. Nos enim magnitudinem tuam nolumus dubitare, quod honori tuo et imperii semper, quantum Deus dederit, iuxta nostri officii debitum intendemus, licet pater communis ex officio omnium litteras et nuntios recipere debeamus et iuxta qualitatem mittentis et missi eos, qui ad nostram accedunt praesentiam, pertractare.

---

269. *Alexander III a fratribus Maioris monasterii laicos decimas extorquere vetat.*

Bibl. nat. Paris. 1) ms. lat. 12776 s. XVII fol. 208; 2) ms. lat. 12879 fol. 150. Descripsit Martene ex autographo.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati[2] 1178
et capitulo Maioris monasterii salutem et apostolicam benedictionem. Apr. 22.
Cum omnino sit indecens et contrarium rationi, ut laici debeant ab aliquibus nedum a viris religiosis recipere decimas, providendum nobis est, ne vos, qui sub religionis habitu gratum exhibetis Domino famulatum, exactione decimarum possitis a laicis fatigari. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus gratum

[1] Conrado de Luetzelhard, cf. Ficker, Forsch. z. ital. Reichs- und Rechtsg. II. 253. [2] Hervaeo.

1178 Apr. 22. impertientes assensum praesenti scripto sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis laicus a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat. Si quis autem contra hanc[a] prohibitionem nostram venire praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani X Calend. Maii.[1]

---

270. *Alexander III archiepiscopis et episcopis, in quorum dioecesibus Maius-monasterium possessiones habet, mandat, ne parochianos a fratribus monasterii decimas exigere patiantur.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879 fol. 150. Descripsit Martene ex autographo.

1178 Apr. 29. Alexander episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, in quorum episcopatibus dilecti filii nostri abbas et fratres Maioris monasterii ecclesias vel possessiones habere noscuntur, salutem et apostolicam benedictionem. Minus diligenter injunctum vobis officium exsequimini, si praedictos fratres vel alios ecclesiasticos viros a laicis decimarum exactione patimini fatigari, cum omnis prohibeat ratio et censura canonum detestetur, laicis a quibuslibet nedum a religiosis viris decimas exhiberi. Mandamus itaque fraternitati vestrae atque praecipimus, quatinus universis laicis parochianis vestris sub excommunicationis interminatione prohibere curetis, ne a fratribus Maioris monasterii decimas exigere vel extorquere praesumant. Si qui autem contra inhibitionem vestram venire praesumpserint, eos contradictione aut appellatione cessante excommunicationis sententiae supponatis et eam faciatis usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Datum Romae apud S. Petrum III Calendas Maii.

---

271. *Alexander III omnes archiepiscopatus Salzburgensis praelatos ad concilium Lateranense invitat. Gregorium subdiaconum suum commendat.*

Bibl. reg. Monac. cod. lat. 19411 (olim Tegerns. 1411) s. XII.[b]

1178 Mai 30. A(lexander) episcopus[c] servus servorum Dei venerabilibus fratribus C(onrado) Salzpurgensi archiepiscopo, apostolicae sedis legato,

[a] hanc *deest in* 2. [b] *Mihi misit Marcus Maurer Monac.* [c] episcopus *deest in cod.*

[1] Die 26 m. Apr. 1178 Alexander III monasterio privilegium dat. Vide ms. lat. Paris. bibl. nat. 12879 fol. 165.

et suffraganeis eius et dilectis filiis abbatibus, praepositis et decanis per eorum episcopatus constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam in agro Domini, qui est ecclesia, tanquam spinae ac tribuli nascuntur cotidie et pullulant germina viciorum, tum videlicet quia proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua, tum quia inimicus homo de malicia sua zizania superseminare non cessat et germen bonum nititur suffocare, necesse est, diligenciam adesse cultorum, et nunc evellere et amputare iam nata, nunc etiam nascituris nocivis graminibus proficiendi aditum obserare, subsequenter autem et inserere fructiferum germen et seminare semen bonum, quod tricesimum, sexagesimum et centesimum fructum fecundante Deo possit afferre. Nam et hoc verba illa dominica sonare videntur, quibus Ieremiam prophetam et in eo evangelicum sacerdotem instruxit dicens: *Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te super gentes et regna, ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et edifices et plantes.*[1] Id autem licet universis rectoribus ecclesiarum incumbat, multo tamen fortius imminet Romanae urbis antistiti, quia a Domino Iesu Christo, ut caput esset aecclesiae, in beato Petro accepit, et de pascendis dominicis ovibus et fratribus confirmandis expressum ac speciale noscitur habuisse mandatum. Inde siquidem est, quod nos licet insufficientes meritis ad providentiam apostolicae sedis et ministerium universalis ecclesiae, Deo prout ipsi placuit disponente, vocati, quia in ecclesia Dei correctione videmus quam plurima indigere, tam ad emendanda, que digna emendatione videntur, quam ad promulganda, que saluti fidelium visa fuerint expedire, de diversis mundi partibus personas ecclesiasticas decrevimus evocandas, quarum praesentia et consilio, que fuerint salubria, statuantur, et quod bonum[a], secundum consuetudinem antiquorum patrum provideatur et confirmetur a multis; quod si particulariter fieret, non facile posset plenum robur habere. Quocirca per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus huic dispositioni nostrae plenis desideriis cooperari curetis et prima dominica proxime quadragesime[2] ad urbem Romam ducente Domino veniatis, ut cooperante sancti spiritus gratia tam in corrigendis enormitatibus, quam in statuendis, que grata Deo fuerint, communi studio, quod fuerit agendum, agatur et uno humero sublevemus arcam Domini atque uno ore honorificemus Deum et patrem domini nostri Iesu Christi. Ad hoc commendamus vobis attentius

1178 Mai 30.

[a] quod bonum *addidi ex editionibus, vide not. 1 paginae sequentis.*

[1] Jer. 1, 10. [2] Die 18 Febr. 1179.

1178 Mai 30. dilectum filium Gregorium subdiaconum[a] nostrum, virum utique providum, industrium et discretum et inter alios clericos sui ordinis carum nobis admodum et acceptum, cui, cum sit de mensa nostra, confidenter pro sua probitate, fide ac prudentia vocationis huius sollicitudinem duximus imponendam, et universitatem vestram monemus propensius et mandamus, ut ita benigne recipiatis ipsum et honeste tractetis, quo et devotio vestra erga Romanam ecclesiam incunctanter appareat et ipse, cum ad nos Domino donante redierit, de reverentia, quam erga beatum Petrum et nos ipsos habetis, possit nobis grata referre.[1] Data Laterani III Kal. Iunii.

272. *Alexander III (fratribus Bellae-vallis) corpus Petri archiepiscopi Tarantasiensis, in eorum monasterio defuncti et sepulti, unquam auferri vetat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 870 fol. 171 manu s. XVIII.

1178 Iul. 12. Alexander episcopus etc.[b] Ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod, cum recolendae memoriae Petrus quondam Tarentasiensis episcopus[2] per executionem mandati apostolici, quod pro nobis acceperat, ad vestrum monasterium accessisset, infirmatus statuit, ut in loco sacrato v(estro, si) eum mori contingeret, eius corpori hospitium praestaretur. Apud vos igitur constitutus migravit ad Dominum et in monasterio vestro sicut monachus et pater ordinis vestri honore, quo decuit, sepulturam accepit. Ne igitur in posterum super eiusdem archiepiscopi corpore domui vestrae molestia inferatur, autoritate duximus apostolica prohibendum, ut idem corpus monasterio vestro nullo umquam tempore subtrahatur. Nulli ergo omnino hominum etc. Quis autem hoc etc. ut supra. Datum Laterani IIII Idus Iulii.

273. *Alexander III (canonicos Tarantasienses) hortatur, ne a fratribus Bellae-vallis corpus Petri archiepiscopi repetere praesumant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 870 fol. 172 manu s. XVIII.

1178 Iul. 13. Alexander episcopus etc.[c] Significantibus nobis dilectis filiis nostris abbate et fratribus Bellae vallis ad audientiam apostolatus

[a] suddiaconum *c.* [b] *Inscriptio ita supplenda videtur:* servus servorum Dei dilectis filiis abbati et fratribus monasterii Bellae vallis salutem et apost. benedictionem. [c] *In hunc modum supplendum videtur:* servus servorum Dei dilectis filiis canonicis Tarentasiensibus salutem et apostolicam benedictionem.

[1] Eadem epistola, mutatis nimirum mutandis, ad archiepiscopum Bituricensem eiusque suffraganeos directa legitur ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 559, Jaffé Reg. 8603, cf. etiam 8601, 8602. [2] Anno 1171 defunctus.

nostri pervenit, quod, cum recolendae memoriae Petrus quondam 1178
Tarentasiensis archiepiscopus per executionem mandati nostri ad Iul. 13.
eorum monasterium accessisset, agens in extremis disposuit, ut dummodo locus sacer esset, ibi sepeliretur, v..... cursum huius vitae finiret. Eo igitur vocato ad Dominum corpus eius[a] iuxta dispositionem suam in eodem monasterio honore, quo decuit, sepulturam accepit. Unde quoniam[b] dignum est, ut domus tantae religionis tanti patroni iugiter praesentia gratuletur et a tali collegio exequiae illi debitae impendatur, universitatem vestram per apostolica scripta monemus attentius et mandamus, quatinus praescriptam domum divini amoris intuitu et ob memoriam eiusdem archiepiscopi habeatis specialiter commendatam nec super repetitionem praescripti corporis eam aliquando fatigetis vel ab[c] aliis, quantum in vobis est, permittatis[d] aliquatenus fatigari, scituri, quod injustum est, ut eius dispositio infringatur, qui apud praescriptum monasterium hospitium sibi statuit praeparandum, cum nichil sit, quod amplius hominibus debeatur, quam ut supremae voluntatis liber sit stilus, et licitum, quod iustum arbitrium non redibit. Datum Laterani III Idus Iulii.

---

274. *Alexander III Alberto quondam archiepiscopo Salzburgensi, ap. sedis legato, virum quendam commendat, cui iniunctam ob excessus poenam pro vitae eius merito relaxari cupit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 39, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 121[b].

Alberto quondam Salzburgensi archiepiscopo, apostolicae sedis 1178.
legato.[1] Pro varietate personarum delinquentium et fervore penitendi, satisfactionem temperari et intendi etiam canones voluerunt. Recte etenim sicut scriptum est valent pastores ecclesie mitigare illi penam, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. Inde est quod latorem presentium veraciter sicut credimus penitentem caritati tue committimus, per apostolica scripta mandantes, quatinus secundum quod iustum videris et saluti eius noveris expedire, satisfactionem pro excessibus suis iniunctam temperes vice nostra, quantum conscientia tua et conversatio eius suaserit temperari.

[a] et *c.* [b] *sic scripsi pro* quum *cod.* [c] ab *deest in cod.* [d] permutatis *c.*

[1] De hoc confer Jaffé Reg. 8524 et Reuter Gesch. Alexanders III. T. III. 315.

275. *Alexander III episcopum Urbevetanum a clero populoque decenter receptum esse gaudet.*

Reg. Alex. fragm. ep. 40, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 122.

1178. Urbevetano episcopo.[1] Nuntios et litteras tuas ea, qua decuit, benignitate recepimus, ex quarum tenore perpendimus, quod clerus et populus civitatis tue personam tuam prout decuit receperunt: super quo gaudemus plurimum, sicut possumus de ratione gaudere. Monemus autem fraternitatem tuam attentius et hortamur, quatinus sicut vir prudens et officii tui non inmemor ad profectum ecclesie tue circa spiritualia et temporalia cum auxilio celestis gratie studium adhibeas et operam efficacem et subditos tuos exemplo et verbo studeas edocere, ita quod exinde possis et debeas apud Deum et homines commendabilis apparere.

---

276. *Alexander III Tebaldum sacerdotem plebem iniuste detentam in manus episcopi Urbevetani resignare eique obedientiam exhibere iubet.*

Reg. Alex. fragm. ep. 41, l. l. fol. 122.

1178. Tebaldo sacerdoti. Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod plebem quandam et decimationes ipsius, ad venerabilem fratrem nostrum R(ichardum) Urbevetanum episcopum pertinentes, presumis irrationabiliter detinere proponens, quod antecessor ipsius eas tibi in ultima voluntate reliquerit. Expensas quoque de mensa prefati episcopi tibi, sicut dicitur, iniuste postulas exhiberi. Quoniam igitur prefato episcopo ad profectum ecclesie sue consilium volumus et opem impendere, dilectioni[a] tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus, si ita est, prescriptam plebem cum omnibus ad eam pertinentibus in manum prefati episcopi non differas resignare et ei sicut patri et episcopo tuo promptam studeas obedientiam et reverentiam impendere, ita quod ipse de te amplius merito non queratur et nos scribere propter hoc denuo non cogamur.

---

277. *Alexander III Tornacensem episcopum ad preces Friderici imperatoris rogat, ut B. clerico primam, quae vacaverit, praebendam in ecclesia sua assignet.*

Reg. Alex. fragm. ep. 42, l. l. fol. 122.

1178. Tornacensi episcopo.[2] Summi pontificatus auctoritas, cui quam-

[a] *aut* discretioni: *in codice enim* d. t. *praebetur.*

[1] Richardo. [2] Everardo.

quam inmeriti superne dispositionis beneficio presidemus, invitat 1178.
nos propensius et hortatur, ut clericorum commodis et profectibus paterna sollicitudine intendamus et eis nostre provisionis beneficium non negemus. Inde est quod pro dilecto filio nostro B. clerico, pro quo karissimus in Christo filius noster F(ridericus) illustris Romanorum[a] imperator nos ferventer rogavit, preces tibi sollicitas et affectuosas porrigimus per apostolica scripta rogantes attentius et mandantes, quatinus ei pro reverentia beati Petri et nostra primam vacantem prebendam post eas, quas ad interventum nostrum promisisti, liberaliter conferas et assignes et in recognitionem, donec vacaverit, ita ei studeas in aliquo providere, quod preces nostre in hac parte optatum sortiantur effectum et nos propter hoc devotionem tuam multipliciter non inmerito commendemus.

---

278. *Alexander III Christiano archiepiscopo Moguntino praecipit, ut quae homines eius Romanis abstulerint, bona restitui faciat confestimque „a loco discedat.“*

Reg. Alex. fragm. ep. 43, l. l. 122[b].

C.[b 1] Maguntino archiepiscopo. Non credidimus hactenus, quod 1178
spiritum alium gereres nisi devotionis. Nunc autem contrarium Aug.?
cogimur arbitrari, dum nos Urbem et Orbem compellis exire. Mandamus itaque tibi et in virtute obedientie precipimus, quatinus universa bona Romanorum, que tui nuper eis ausu temerario abstulerunt, facias dilatione cessante restitui et confestim a loco discedas, sicut tibi dilecti filii nostri nobiles viri R. de Bello monte et socii eius proponent. Alioquin si quid tuis sinistri acciderit, sibi ascribant.

---

279. *Alexander III Willelmum regem Siciliae vituperat, quod vacantis ecclesiae Catacensis redditus, qui futuro episcopo servari deberent, archidiacono cuidam Cusentino concesserit; mandat, moneat canonicos Catacenses, ut episcopum eligant.*

Reg. Alex. fragm. ep. 44, l. l. fol. 122[b].

Willelmo illustri Sicilie regi. Quanto te sicut regem catholi- 1178.
cum ferventiori caritate diligimus, tanto turbamur amplius et dole-

[a] Roman' *cod.* [a] *Rubricator pro* C, *quod erat in margine appositum, falso pinxit* E.

[1] Christiano.

1178. mus, si quando ad nostram audientiam perferuntur, in quibus saluti regie non mediocriter derogatur. Ex relatione siquidem multorum accepimus, quod redditus ecclesie Cathacensis[1] Phi. archidiacono Cusentino nuper concesseris; in quo celsitudini tue plurimum detraxisti cum redditus vacantis aecclesiae, que ultra tres menses vacare non debet, futuro antistiti studiosius debeant conservari. Quocirca serenitatem regiam monemus attentius et hortamur, quatinus divini amoris intuitu et proprie salutis obtentu factum tuum non differas in melius emendare nec prescriptam ecclesiam patiaris carere diutius provisore, sed canonicos ipsius studiosius moneas, ut dilatione postposita virum litteratum, honestum et honori[a] episcopali idoneum in episcopum eligant et pastorem.

---

280. *Alexander III fratres de Oratorio rogat, ut G. monachum, qui monachica veste ter abiecta per seculum evagatus sit, sed redire in monasterium desideret, aut ipsi recipiant aut in domo de Balteseio recipi faciant.*

Reg. Alex. fragm. ep. 46, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 123.

1178. Abbati[2] et fratribus de Oratorio.[3] Retulit nobis G. quondam monachus vester, quod monasterium de Balteseio[4] de mandato antecessoris tui, fili abbas, ingressus bis, diabolo suggerente, exire presumpsit et semel monasterium de Caloceio[5] dereliquit. Verum quoniam ad se reversus ad mandatum vestrum redire desiderat et de suis excessibus satisfacere, nos attendentes, quomodo sit fratribus penitentibus remittendum iuxta vocem dominicam: *non dico*, inquit, *tibi usque septies, sed usque septuagies septies*[6], universitatem vestram per apostolica scripta monemus attentius et mandamus, quatinus eundem G. divini amoris intuitu et nostre commonitionis obtentu recipientes in fratrem salva Cisterciensis ordinis disciplina fraterna caritate tractetis vel in prescripta domo de Balzeseio[b] recipi faciatis, ne diutius per seculum evagatus discrimen incurrat, quod sub magisterio constitutus cum auxilio celestis gratie poterit evitare.

[a] *Sic scripsi pro* honeri (*i. e.* oneri) *codicis.* [b] *Supra legitur* Balteseio.

[1] Hodie Catanzaro. [2] Gervasio. [3] monasterio ord. Cist. dioec. Andeg., hodie Le Loroux. [4] Nescio, an idem sit ac Baugeseium (Baugerais) dioec. Turon. [5] Caloceium seu Chaloceium ord. Cist. dioec. Andeg., hodie Chaloché. [6] Matth. 18, 22.

281. *Alexander III Nepesinis significat, prohibiturum se esse, quominus pro auxilio Viterbiensibus praestito a Conrado de Monteferrato molestiis afficiantur.*

Reg. Alex. fragm. ep. 47, l. l. fol. 123.

Episcopo[1] et dilectis filiis consulibus et populo Nepesinis. 1178.
Receptis vestre devotionis litteris, ex earum tenore perpendimus, quod, quia fidelibus nostris Viterbiensibus ad mandatum nostrum sicut decuit astitistis, filius marchionis[2] se molestias vobis minatur et gravamina illaturum. Verum quia non decet nos in patientia sustinere, ut vos et alii fideles nostri pro occasione nostre fidelitatis ab aliis molestentur, universitati vestre presentium significatione mandamus, quod praefato marchioni districte curabimus prohibere, ne quam vobis molestiam inferat vel gravamen, et si contra prohibitionem nostram, quod non credimus, venire temptaverit, eum a suo proposito taliter auctore Domino retrahemus, quod a vexatione vestra desistet et alios fideles nostros non praesumet ulterius molestare.

---

282. *Alexander III Christiano Moguntino mandat, ut hominibus suis, qui nobilem ex familia Henrici de S. Eustachio inhoneste tractaverint, condignam poenam irroget.*

Reg. Alex. fragm. ep. 48, l. l. fol. 123[b].

Maguntino[a] archiepiscopo.[3] Fraternitatem tuam credimus non 1178.
latere, quante dilecti filii nostri nobiles viri filii et nepotes Hen(rici) de sancto Eustachio sunt nobilitatis in Urbe et quantum in temptationibus nostris et ecclesie devoti extiterint et fideles. Accepimus autem, quod quidam de tuis devotos ecclesiae filios sic tractent, tanquam vellent — quod non erit — inter nos et te discordiam seminare. Sane dum unus predictorum nobilium in castro suo consisteret, quidam hominum tuorum, ut audivimus, ipsum deponentes de equo inhoneste tractarunt palliumque ipsius, quod non decuit, laniarunt et armis suis pro sue voluntatis arbitrio spoliarunt; quod tanto molestius reputamus, quanto predictos viros sue devotionis et nobilitatis obtentu sincerioris caritatis brachiis ample-

[a] Magunnñ *c.*

[1] Martino. [2] Conradus, filius Willelmi marchionis de Monteferrato. De hoc et de rebus Viterbiensibus confer Romualdi Salern. Annales 1178 in MG. SS. XIX. 459. [3] Christiano.

1178. xamur. Inde est quod fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem viro, qui iniuriam pertulit, ablata facias universa sine dilatione restitui et illum, qui talia perpetrare non timuit, taliter studeas castigare, quod amodo talia non attemptet et alii audientes saltem metu pene discant a similibus abstinendum.

---

283. *Alexander III Willelmo archiepiscopo Remensi eiusque suffraganeis mandat, curent ne compositio, inter monasterium S. Iohannis Laudunensis et Ingilrannum de Colcis facta, a filio eius Radulfo infringatur.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 80 fol. 187. Scripsit Dom Grenier.

1178 Oct. 28. Alexander episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Willelmo Remensi archiepiscopo, apostolicae sedis legato, et suffraganeis eius salutem et apostolicam benedictionem. Pervenit ad nos ex transmissa conquestione abbatis et fratrum S. Iohannis Laudunensis, quod, cum Ingelrannus de Colci[1] iam pridem de mandato piae recordationis praedecessoris nostri Innocentii papae propter quaedam iura praedictae ecclesiae, quae illicite tenebat, vinculo fuisset excommunicationis astrictus et in terra eius interdicti sententia lata, tandem bone memoriae Renaldus praedecessor tuus et Bartholomeus quondam Laudunensis episcopus super hiis, quae idem Ingelrannus tenebat, amicabilem compositionem fecerunt. Verum quoniam Radulfus filius praedicti Ingelranni a compositione illa resilire contendit, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Radulfum studiose moneatis et compellatis, ut praescriptam compositionem, sicut facta est coram praedecessore tuo et praedicto episcopo Laudunensi et ipsius Ingelranni scripto autentico roborata, firmam et illibatam observet nec contra eam in aliquo venire praesumat. Si vero ipse vel successores sui contra eandem compositionem venire praesumpserint, appellatione remota vinculo excommunicationis astringatis et in terra eorum divina prohibeatis officia celebrari. Datum Tusculani V Calendas Novembris.[2]

[1] Hodie Coucy. [2] Epistola aut 1178 aut 1180 data est; priorem vero annum elegi, quia in epistolis post concil. Lateranense (1179, vid. Jaffé Regesta ad Mart. 7?) scriptis nomini Willelmi Remensis apponi solent verba haec: „tit. S. Sabinae presbytero cardinali."

284. *Alexander III abbati Beccensi de archidiaconis scribit, qui in monasterium venientes in fratres propter frivolas causas sententiam excommunicationis pronuntient. (Fragmentum.)*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13905 s. XVII fol. 2.

Alexander R(ogero) abbati.[1] Pervenit autem ad nos, quod cum archidiaconi et decani ad domos vestras hospitandi frequentius occasione divertunt et[a] non secundum voluntatem suam superflua et delicata fercula eis fuerint praeparata, statim in monachos eiusdem loci excommunicationis sententiam vel interdicti promulgant, quam, donec eis pecunia vel alia modo satisfactum fuerit, non permittunt aliquatenus relaxari. Quia igitur praelati vel alii, quos ad caritatem in vestris domibus recipitis edentes et bibentes, qu . . apud vos sunt, si obedientes fuerint veritati, his tantum debent esse contenti, auctoritate vobis apostolica duximus indulgendum, quod, si quando memorati archidiaconi vel decani ad domos vestras causa declinaverint hospitandi, ultra quam fuerit iustum et honestum a vobis non debeant aliquid extorquere. Et si contra iuris ordinem, quamdiu in praesentia episcopi sui . . . . . cis. super hoc ordine iudiciario volueritis experiri, sententiam in vos tulerit, illam decerminus firmitate carere. Dat. Tusculani IV Kal. Novembris.[2] 1178 Oct. 29.

---

285. *Alexander III Bertramno Coronelli ecclesiam de Neriaco asserit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 49, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 123[b].

Bertramno[b] Coronelli diacono. Iustis petentium etc.; ecclesiam de Neriaco cum pertinentiis suis, sicut eam canonice possidet et quiete, devotioni tue etc. 1178?

---

286. *Alexander III N. archidiaconi Meldensis protectionem suscipit eique privilegia quaedam indulget.*

Reg. Alex. fragm. ep. 51, l. l. fol. 124.

Sacrosancta[c] Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravo- 1178.

[a] et *addidi.* [b] Ertramno *c., rubricator litteram* B *addere oblitus est.* [c] *Literam* S *in extremo margine appositam rubricator pingere oblitus est.*

[1] Beccensi. [2] Anno 1178 attribui propter bullam d. 25 Oct. 1178 datam, bibl. nat. Paris. ms. lat. 13905 fol. 2[b].

1178. rum hominum molestiis agitentur, eos sue protectionis munimine tamquam pia mater est solita confovere. Ea propter, dilecte in Domino fili N.[a], sinceritatem devotionis, quam erga beatum Petrum et nos ipsos habere dinosceris, attendentes personam tuam sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus statuentes, ut non liceat Meldensi episcopo personam tuam suspendere vel excommunicare nec aliquid de bonis, que hucusque possedisti, subtrahere absque manifesta et rationabili causa et Senonensis archiepiscopi vel Romani pontificis conscientia. Statuimus etiam, ut archidiaconatum, quem habes in Meldensi ecclesia in ea de cetero libertate et integritate possideas, in qua tempore bone memorie Stephani quondam Meldensis episcopi et dilecti filii P(etri) tituli sancti Grisogoni presbyteri cardinalis, apostolice sedis legati, olim Meldensis electi, nosceris habuisse. Sententias quoque, quas in clericos vel laicos tui archidiaconatus tuleris, non sit licitum predicto episcopo relaxare, donec utrum iuste vel iniuste promulgate sint cognoscatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et constitutionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

---

287. *Alexander III universis praelatis Antiochenae ecclesiae subiectis praecipit, ne a Boemundo principe occasione affinitatis, quae contracta sit inter eum et Manuelem imperatorem, ecclesiam Antiochenam submitti Constantinopolitanae patiantur. De castro Cursario addit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 52, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 124[b].

1178. Archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus et[b] aliis ecclesiarum praelatis ecclesie Antiochene[c] subiectis. Si matri tenemur carnali deferre iuxta illud: *Honora patrem tuum et matrem tuam*[1], et cetera, spiritualem tanto debemus propensius honorare, quanto amplius terrennis celestia et carnalibus spiritualia preferuntur. Cum igitur Antiochenam ecclesiam vestre dignitatis matrem et magistram esse vobis post Romanam ecclesiam discipline ecclesiastice nullatenus ignoretis, ad dignitatem ipsius servandam pariter et augen-

[a] *Litera haec utrum sit* N *an* H, *non satis constat.* [b] abbatibus et *ipse addidi; cf. etiam supra ep. 271.* [c] Anthiceñ. *c.*

[1] Exodus 20, 12.

dam toto debetis studio laborare, quia et apud Deum culpabiles 1178.
multum et apud homines essetis valde reprehensibiles, si, quantum ad hunc articulum pertinet, de negligentia possetis aliquatenus reprehendi. Accepimus autem, unde miramur admodum, si verum est, et turbamur, quod nobilis vir princeps Antiochenus[1] occasione propinquitatis, quae contracta est inter eum et karissimum in Christo filium nostrum M(anuelem) illustrem Constantinopolitanum imperatorem[2], Antiochenam ecclesiam Constantinopolitane velit subdere potestati; quod quidem, si fieri posset, quantum dignitati Antiochene et auctoritati Romane ecclesie et tocius Orientis statui derogaret, nemine ostendente[a] per vos ipsos plenius videretis. Quoniam igitur id est rationi omnino contrarium et plurimum saluti eiusdem principis inimicum, universitatem vestram per apostolica scripta monemus hortamur, mandamus atque praecipimus, quatinus[b], si res ita se habet, ad revocandum eundem principem a suo proposito studio tocius sollicitudinis intendatis. Quod si fieri forte nequierit, ei pro vestri officii debito viriliter obsistentes, venerabili fratri nostro patriarche vestro[3] ad resistendum illius proposito favorem omnem, quem poteritis, et auxilium impendatis, eidem patriarche nichilominus resistentes, si ad hoc ipsum, quod non credimus, aliquando flecteretur. Ad haec quoniam castrum quoddam, quod Cursarium[4] dicitur, Antiochene ecclesie utilissimum esse audivimus, presentium vobis auctoritate precipiendo mandamus[c], ut omnem curam et sollicitudinem adhibere curetis, ne iam dicte ecclesie valeat utilitatibus aliquando deperire, quia, si id, quod avertat[d] Dominus, de negligentia vestra contingeret, et temporalem penam non mediocrem sentiretis et de contemptu mandati nostri a sede apostolica spiritualem animadversionem possetis non inmerito gravissimam expectare.

---

288. *Alexander III Humano episcopo mandat, ut parrochianos suos, ecclesiae Papiensis invasores, anathemate proposito coerceat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 53, l. l. fol. 124[b].

Humano episcopo.[5] Significante nobis fratre nostro Papiensi 1178.
episcopo[6] ad nostram[e] noveris audientiam pervenisse, quod parro-

[a] offendente *c.* [b] *in cod.* u. u. p. a. s. mo. hor. m. atque p̄. q. [c] *in cod.* p̄. mã.; *an* praecipimus mandando? [d] advertat *c.* [e] vram *c.*

[1] Boamundus III. [2] cuius neptim, nomine Theodoram, in matrimonium duxerat, cf. Willelmi Tyrensis Lib. XXII. c. 6. [3] Aimerico. [4] Hodie El-Kosseïr apud Antiochiam. [5] Jordano. [6] Petro.

1178. chiani tui possessiones ecclesie sue contra iusticiam invadere non formidant, quia nobilis vir marchio Montis ferrati[1] pecuniam eis debitam non persolvit. Unde quoniam gravamen prefati episcopi clausis nolumus oculis pertransire, quem sue religionis et devotionis obtentu sincera in Domino caritate diligimus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus parrochianos tuos moneas diligentius et inducas, ut possessiones prefati episcopi ex tali causa invasas restituant et alias de cetero non usurpent. Ceterum si monitis tuis acquiescere forte contempserint, eos omni gratia et timore postposito, contradictione quoque et appellatione remota vinculo excommunicationis astringas attentius provisurus, quod excommunicationis sententiam absque satisfactione congrua non relaxes.

---

289. *Alexander III fratres Padilironenses de iniuriis, quas a consulibus Mantuanis patiantur, consolatur. Opem pollicetur. Addit de litteris suis ad episcopum Mantuanum et rectores Lombardiae, Marchiae et Romaniae missis.*

Reg. Alex. fragm. ep. 54, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 125.

1178. Abbati[2], priori et capitulo sancti Benedicti super Padum. Super tribulationibus et adversis, que a consulibus Mantuanis[a] et aliis persecutoribus sustinetis, paterno vobis affectu compatimur et ad manutenendum iusticias vestras, quantum cum Deo poterimus, auxilium vobis praestabimus et favorem. Mandamus autem universitati vestre attentius et hortamur, ne in tribulationibus ipsis deficiatis, sed digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine subportantes invicem in caritate, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, que non confundit; si tamen caritas Dei diffusa est in cordibus vestris per spiritum sanctum, qui datus est vobis, memores estote verbi prophetici: *Propter verba labiorum tuorum,* inquit[b], *ego custodivi vias duras.*[3] Tractate nobiscum de tribulatione utilitatem duplicem procedentem.[c] Dantur enim flagella ad virtutum custodiam et merita per patientiam augmentantur. Accessistis ad servitutem Dei et in habitu monastico elegistis Domino militandum. State itaque in iusticia et timore ad temptationes animas vestras

[a] Mantuanũ *c.* [b] inquid *c.* [c] *locus sine dubio corruptus est.*

[1] Willelmus. [2] Rainerio. [3] Psalm. 16, 4.

adtentius praeparantes. Confortamini in Domino et in potentia vir- 1178.
tutis eius, quia fidelis est nec patietur vos temptari supra id, quod potestis, sed cum temptatione faciet etiam proventum, ut possitis melius sustinere. Omnem itaque sollicitudinem vestram proiciatis in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. De cetero noveritis, quod nuntios et literas vestras ea qua decuit benignitate recepimus et peticiones curavimus exaudire sicut illorum, quos praeter commune debitum sincera in Domino caritate diligimus et quorum iusticiis semper auctore Domino pro nostri officii debito intendemus. Qualiter autem venerabili fratri nostro Ma(ntuano?) episcopo[1] et dilectis filiis rectoribus Lombardie, Marchie et Romanie et aliis scripsimus, ex rescriptis litterarum plenius cognoscetis.

---

290. *Alexander III Rainerio abbati Padilironensi decimas ac privilegia quaedam confirmat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 55, l. l. fol. 125[b].

Abbati[2] sancti Benedicti super Padum. Iustis postulationibus 1178.
religiosorum virorum facilem nos convenit assensum prebere et eorum vota, que rationi conveniunt et consonant honestati, effectu prosequente complere. Hac itaque ratione inducti et precibus tuis benignius inclinati tres partes tocius decime loci, qui vocatur Costa, et decimam tocius tui dominicatus[a] illius loci, quas bone memorie Vitalis quondam Adriensis episcopus bone memorie G. antecessori tuo et A. priori S. Cipriani de Venetiis nomine ecclesie sancti Iohannis baptiste in loco eodem constructe donavit, et baptismum populi eiusdem terre a prefato episcopo ecclesie supradicte concessum et correctionem monachi vel professi in eadem ecclesia consistentis, sicut predicta omnia in scripto autentico, quod exinde factum est, continentur, rata habentes auctoritate apostolica confirmamus etc., statuentes etc.

---

291. *Alexander III Henricum Remensem thesaurarium rogat, ut, quo B. cancellarius Carnotensis a sese investitus sit, archidiaconatum Aurelianensem pacifice ei possidendum relinquat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 1, l. l. fol. 108.

Henrico Remensi thesaurario. Ex litteris Aurelianensis epi- 1178.
scopi[3] et aliorum multorum et dilecti filii nostri Petri tituli sancti

[a] donicatus *c.*

[1] Garsendonio. [2] Rainerio. [3] Manassis.

1187. Grisogoni[a] presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, auribus nostris insonuit, quod idem episcopus post resignationem Herberti quondam Aurelianensis archidiaconi eundem archidiaconatum vacantem tibi contulit, priusquam dilectus filius noster B. Carnotensis cancellarius nostras ei litteras presentasset. Verum quia idem cancellarius ante nuntiorum tuorum adventum diutius expectaverat et praefatus episcopus ei frequenter illuserat, ne ipsius tergiversationibus ulterius posset indebite fatigari, eum de communi fratrum nostrorum consilio de prescripto archidiaconatu per anulum aureum investivimus. Ipse quidem constanter asseruit nec in presentia nuntiorum tuorum verbum mutavit, quod, cum praefato episcopo litteras nostras exhibuit et semper donec vixit idem Herbertus, se ut archidiaconum gessit; nec unquam in exhibitione litterarum nostrarum aliquid fuit de tua investitura propositum. Quoniam igitur nobis esset admodum verecundum, si factum nostrum caliditate cuiuslibet solveretur, et tibi expedit plurimum, nobis in hac parte deferre, cum promotioni tue consideratione karissimi in Christo filii nostri L(udovici) illustris Francorum regis et tui ipsius, quem sincere diligimus, velimus intendere diligenter, discretionem tuam, sicut unquam possumus, rogamus monentes attentius et hortamur, quatinus honorem ipsum, precum nostrarum intuitu et quia tibi dubium est subire iudicium, praedicto cancellario relinquas pacifice possidendum.

292. *Alexander III a Ludovico Francorum rege expetit, Henricum Remensem thesaurarium inducat, ut B. cancellario Carnotensi archidiaconatum Aurelianensem dimittat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 2, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 108.

1178. L(udovico) illustri Francorum regi. Ea nobis est de tue devotionis sinceritate fiducia, quod secure tue magnitudini preces porrigimus, quas exaudiri volumus et optamus, quia et nos, quantumcunque cum Deo possumus, peticiones regias animo promptissimo exaudimus. Quocirca excellentie regie preces affectuosas porrigimus, rogamus, monemus attentius et hortamur[b], quatinus dilectum filium nostrum Henricum Remensem thesaurarium, nepotem tuum, intuitu nostrarum precum inducas, ut archidiaconatum Aurelianen-

[a] Grisogoneñ *cod.* [b] *sic supplevi* ro. mo. attentius et hor. q. *codicis.*

[1] Manassis.

sem, de quo ante adventum nuntiorum suorum dilectum filium nostrum B. cancellarium Carnotensem de communi fratrum nostrorum consilio investivimus, eidem relinquat. Sicut enim post nuntios ipsius non processissemus in facto, sicut fecimus, ita verecundum nobis esset[a], si factum nostrum quomodolibet immutetur; nec illi forte fructuosum existet, cum res sit in iudicio[b] posita et dubium, an debeat optinere. Nos autem eidem thesaurario, quem consideratione regia et sui ipsius contemplatione sincera caritate diligimus, taliter deferemus, quod gaudere poterit plurimum, se precibus apostolicis detulisse. Archidiaconatum predictum prefato cancellario nostrarum precum intuitu benigne dimittat sciturus, quod, si nobis in hac parte detulerit, gratum nobis erit admodum et acceptum et id etiam per operis exhibitionem auctore Domino evidentius ostendemus. 1178.

---

293. *Alexander III monachis S. Cosmae Turonensibus mandat, ut I. diaconum in fratrum numerum recipiant.*

Reg. Alex. fragm. ep. 3, l. l. fol. 108[b].

Priori et capitulo sancti Cosme Turonensi. Cum I. diaconus, abnegatis carnalibus desideriis, Domino desideret, sicut asserit, sub religionis habitu deservire, desiderium eius in hac parte benigno favore prosequimur eique ad hoc exsequendum suffragium, prout convenit, impertimur. Quodcirca universitatem vestram per apostolica scripta monemus attentius et mandamus, quatinus eum divini amoris intuitu et nostre commonitionis optentu in fratrem recipere et fraterna curetis caritate tractare, ita quod de conversatione vestra profectum spiritualem assumat et vobis de illius salute maioris glorie premium debeatur. 1178.

---

294. *Alexander III domum hospitalem de Croden. tuendam suscipit eiusque possessiones ac iura quaedam confirmat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 4, l. l. fol. 108[b].

Infirmis domus hospitalis de Croden[1] communem vitam ducentibus. Offitio pietatis inducimur, universis Dei fidelibus paterna provisione consulere, sed de ipsorum pace propensius cogitare, quos 1178.

[a] ē *cod.* [b] iudico *cod.*

[1] Videtur esse Croydon in comitatu Surrey, ut me docet F. Liebermann.

1178. manus Domini incurabili lepre morbo percutiens gravius flagellavit, ut contra iniurias malignantium, qui per se non sufficiunt, protectionis apostolice clipeo muniantur. Hac itaque ratione inducti et vestris iustis postulationibus inclinati, prescriptam domum cum omnibus, que in presentiarum etc. usque communimus. Specialiter autem quecumque ab M. domino prescripti castri et burgensibus vobis rationabiliter sunt concessa et in presentiarum habetis, vobis et eidem domui etc. usque confirmamus, statuentes, ut iuxta tenorem decreti nostri cimiterium et presbyterum per diocesani approbationem semper episcopi habeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat prescriptam domum etc.

---

295. *Alexander III fratribus Maioris monasterii interdicit, ne cui ecclesiam, antequam vacaverit, concedant vel promittant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879 fol. 151. Scripsit Martene.

1160–79 Oct. 30. Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati et fratribus Maioris monasterii salutem et apostolicam benedictionem. Quanto monasterium vestrum in observantia sacrae religionis celebrius esse dignoscitur, tanto ab his, quae scandalum faciunt inter bonos et ad dispendium pertinent animarum, propensius vos convenit abstinere. Accepimus autem, quod ex aliquorum instantia sive propriae voluntatis arbitrio ecclesias vestras, in quibus ad vos repraesentatio pertinet sacerdotis, antequam vacent, saepenumero promittatis et quasi homicidas faciatis eos, quos in expectatione mortis ponitis alienae. In quo quia non solum illorum, qui promissiones vel concessiones tales accipiunt, sed vestrarum quoque iacet periculum animarum, universitati vestrae sub interminatione divini iudicii et animadversionis apostolicae[a] prohibemus, ne promissionem sive concessionem alicuius ecclesiae, nisi prius vacaverit, cuilibet faciatis. Nec ex eo velitis excusationem habere, quod a multis videtis talia perpetrari, cum auctoritas et multitudo peccantium in die iudicii nihil excusationis sequentibus possit afferre. Nos enim cum soliti essemus scribere ecclesiarum praelatis, ut ecclesiam vel beneficium aliud ecclesiasticum concederent, quod prius vacaret, correximus postea et mutavimus, ita quod modo non mandamus, ut beneficium, nisi vacet vel cum vacaverit, alicui conferatur. Datum Anagniae III Calendas Novembris.

[a] apostolica *c.*

296. *Alexander III in parthenone Montis-martyrum Parisiensi plus quam 60 sorores admitti vetat.*

Autographum in tabul. nat. Paris. L. 230 n. 4.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus . . abbatisse et monialibus ecclesie Montis martirum salutem et apostolicam benedictionem. Vigili cura nos convenit exequi que ad conversationem religionis pertinent et ad virtutum proveniat incrementum, quia non modicam sue dignitatis partem evacuant, qui iuxta gradum suum ad propagandam religionem diligentius non laborant. Ne autem in multitudine recipiendarum sororum monasterium admodum aggravetur et religionis dissolutio proveniat, si sorores pro necessariorum penuria coacte fuerint claustrum exire et regularis observantie statuta negligere, auctoritate apostolica statuimus, ut redacto ad sexagenarium numero sororum vestrarum in ecclesia vestra ultra sexaginta nullas ulterius recipere debeatis, presentibus vobis litteris prohibemus. Datum Laterani II Non. Aprilis. 1166–79 Apr. 4.

---

297. *Alexander III capitulo Catalaunensi praecipit, ut aut W. clerico beneficium in ecclesia assignare ulterius non recusent aut litteras bullatas, quas in excusationem suam proferant, archiepiscopo Remensi ostendant.*

Reg. Alex. fragm. ep. 5, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 109.

Episcopo[1] et dilectis filiis[a] decano[2] et capitulo Cathalaunensis ecclesie. Super labore dilecti filii nostri W. clerici, nepotis bone memorie R.[3], quondam archidiaconi vestri, qui iam tercio ad nostram presentiam laboravit, paterno affectu compatimur et movemur, sicut de ratione possumus et debemus. Olim siquidem, ut bene recolimus, vobis pro eo preces sollicitas porreximus et attentas, et vos, sicut decuit, ei promisistis interventu nostro et consideratione iam dicti archidiaconi provisuros. Vacante tamen postmodum prebenda eiusdem archidiaconi, precum nostrarum obliti dictis facta nullatenus compensastis. Cumque postmodum super eadem praebenda litteras habuisset, quibus vobis precepimus, ut 1178–79 a. Mart.

[a] *in codice sequitur* et.

[1] Guidoni. [2] Iacobo. [3] videtur esse Rainerius archidiaconus, qui apparet in tabula anni 1140 ap. Gall. Christ. X. Instr. 171.

1178–79 a. Mart. eandem illi praebendam occasione et appellatione postposita conferretis, preceptum nostrum minime adimplestis, sed in excusationem vestram asseverastis, quod, cum pro nepote dilecti filii, fratris F. camerarii nostri, preces porreximus, in litteris eisdem promisimus, quod, si nos exaudiretis in eius receptione, vos super prebendis conferendis minime ulterius cogeremus. Quoniam igitur imperfectum relinqui nolumus, quod pro eodem W. duximus inchoandum, presertim cum eum et literature et conversationis sue obtentu ad prescriptum beneficium obtinendum satis idoneum estimemus nec contra promissum nostrum duximus levitate qualibet veniendum, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus[a] prefatum W. contradictione et appellatione cessante recipiatis in fratrem, prescriptam ei prebendam dilatione postposita conferentes, vel litteras bullatas, quas in excusationem vestram obtenditis, venerabili fratri nostro Remensi archiepiscopo[1], apostolice sedis legato, cum ab eo fueritis requisiti, sine contradictione qualibet ostendatis eique, si prescripte littere huius receptioni non obviant, humiliter pareatis, ita quod contemptum mandati apostolici tociens factum a vobis requirere districtius non cogamur.

298. *Alexander III cuidam archidiaconatum Coventrensem ac privilegia quaedam asserit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 6, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 109[b].

1178–79. Sacrosancta etc. Specialiter autem archidiaconatum Coventrensem cum omni integritate sua a venerabili fratre nostro Coventrensi episcopo[2] tibi collatum, sicut eundem antecessores sui unquam integrius et liberius possederint, devotioni etc. confirmamus. Preterea libere tibi liceat, sedem apostolicam super omni gravamine appellare. Insuper auctoritate apostolica censemus, ne cui liceat, tibi vel clericis tuis exactiones imponere, que canonicis obvient statutis, neque in te vel clericos tuos absque manifesta et rationabili causa sententiam ecclesiasticam promulgare.

[a] *sic supplevi codicis:* d. v. p. a. s. p̄. m. q.

[1] Willelmo, cui inde a die 7? Mart. 1179 titulus „presbyteri cardinalis S. Sabinae“ addi solet. Cf. supra p. 162 not. 2. [2] Richardo.

299. *Alexander III episcopo Claromontensi mandat, compellat milites de Alzone, ut ipsius castri ecclesiam S. Laurentii fratribus Casae-dei reddant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12750 s. XVII fol. 167.

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Cla- 1179
romontensi episcopo[1] salutem et apostolicam benedictionem. Que- Ian. 2.
relam dilectorum filiorum abbatis et fratrum Casae Dei recipimus, quod milites de Alzone ecclesiam sancti Laurentii in praedicto castro sitam ei per violentiam abstulerunt et hereditario iure detinere contendunt. Quod quia[a] indignum est et rationi obnoxium, ut quilibet laici et seculares ecclesias hereditario iure possideant, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si ita est, praedictos milites diligentius moneas et inducas, ut memoratam ecclesiam praedictis abbati et fratribus sine contradictione qualibet resignent et ipsos eandem pacifice possidere permittant.[b] Quod si monitis tuis obedire noluerint, terra meorum interdicto supponas, si vero non acquieverint, eos omni appellatione remota excommunicationi subiicias et tam diu praecipias ab omnibus cautius evitari, donec praedictam ecclesiam memoratis abbati et fratribus relinquant pacifice possidendam. Datum Tusculani IV Nonas Ianuarii.[2]

---

300. *Alexander III abbati Latiniacensi mandat, ut inter M. militem de Villa meri et Adam olim vicecomitissam et moniales de Colonantiis iudicet.*

Reg. Alex. fragm. ep. 61, l. l. fol. 127.

Abbati[3] Latiniacensi. Causam, que inter M. militem de Villa 1179
meri et nobilem mulierem Adam olim vicecomitissam et moniales Mart.
de Colonantiis super furno quodam vertitur, experientie tue committimus terminandam per apostolica scripta mandantes, quatinus, cum propter hoc fueris requisitus, partes ante praesentiam tuam convoces et rationibus hinc inde plenius intellectis eandem causam, contradictione et appellatione cessante, iusticia mediante decidas.[4]

[a] quia *addidi.* [b] dimittant *c.*

[1] Pontio. [2] Anno 1179 adscripsi propter bullam eodem die locoque datam, vid. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 299, Monum. pont. Arvern. p. 307. [3] Ioscelino. [4] Annus mensisque ex eo apparent, quod maius privilegium monasterio Latiniacensi die 20 Mart. 1179 datum invenitur in tabulario nat. Parisino L. 231 n. 27; annus praeterea liquet ex Registri Alexandrini nostri ordine.

301. *Alexander III monasterio S. Iohannis de Vineis Suessionensis ecclesiam Saconiacensem a Dieto presbytero affectatam adiudicat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 7, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 109[b].

1179 Apr.[2] Abbati[1] et canonicis sancti Iohannis Suessionensis de Vineis. Cum procurator vester et Dietus presbyter cum auctoritate recipiendi sententiam in causa, que super ecclesia de Saconiaco[3] inter vos et prefatum presbyterum vertebatur, in presentia nostra consisterent, rationibus hinc inde auditis diligenter et cognitis, attestationibus quoque in auditorio nostro sepe relectis, possessionem prescripte ecclesie de communi fratrum nostrorum consilio vobis et ecclesie vestre, salva questione proprietatis, restituendam per sententiam iudicavimus, venerabili fratri nostro W(illelmo) Remensi archiepiscopo, sancte Sabine cardinali, apostolice sedis legato, mandantes, ut vos in possessionem ecclesie supradicte, nullius appellatione obstante, auctoritate apostolica fretus inducat. Vestra itaque intererit, apud prefatum archiepiscopum, ut sententiam nostram executioni mandet, instare.[4]

---

302. *Alexander III Willelmo archiepiscopo Remensi mandat, ut fratres S. Iohannis Suessionensis in possessionem ecclesiae Saconiacensis inducat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 9, l. l. fol. 110[b].

1179 Apr. Remensi[5] archiepiscopo, tituli sancte Sabine cardinali, apostolice sedis legato. Cum inter abbatem sancti Iohannis Suessionensis de Vineis et Dietum presbyterum super ecclesia de Saconiaco in auditorio nostro controversia fuisset diutius ventilata, auditis rationibus utriusque partis, possessionem iam dicte aecclesiae aecclesiae sancti Iohannis salva questione proprietatis per sententiam iudicavimus esse reddendam. Verum quoniam, que a sede apostolica per sententiam statuuntur, nulla debent levitate dissolvi, fraterni-

[a] Suessionen. *c.*

[1] Hugoni. [2] Epistolam hanc post d. 7 m. Martii a. 1179 scriptam esse, docet nomen Willelmi archiepiscopi, S. Sabinae cardinalis; sed mensis Aprilis probabilis est propterea quod maius privilegium die 28. Apr. fratribus S. Iohannis Suessionensis concessum legitur in bibl. nat. Paris. ms. lat. 11004 fol. 9; cf. novam Regestorum editionem. [3] De hac vide in nova Regestorum editione bullam d. 19. Sept. 1177 datam. [4] Vide epistolam subsequentem. [5] Willelmo.

tati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus prescriptam 1179 Apr.
sententiam facias, contradictione et appellatione cessante, exsecutioni mandari; fructus quoque post sententiam perceptos facias ecclesie supradicte conferri.

---

303. *Alexander III in Henricum episcopum Silvanectensem invehitur, quod mandatum apostolicum de praebenda Iohanni poëtae assignanda iterum vilipenderit; praecipit, ut ei Hugonis de Oratorio nuper mortui beneficium assignet.*

Reg. Alex. fragm. ep. 8, l. l. fol. 110.

Silvanectensi episcopo.[1] Quam parum sit de illius obedientia 1179
presumendum, qui in eo durus et rebellis existit, ad quod per se Mai. Iun.
ipsum deberet nemine commonente induci, facile potest quisque sani capitis intueri. Inde est quod ad memoriam reducentes, quotiens pro dilecto filio nostro I(ohanne) poeta, olim bone memorie O(ddonis) Tusculanensis[a], nunc vero clerico venerabilis fratris nostri B(erneredi) Prenestini episcopi[2] inutiliter scripsimus, contra duritiam et inobedientiam tuam tanto movemur amplius et turbamur, quanto celerius debuisses, quod tam districte precepimus, adimplere. Sane iam secundo tibi in virtute obedientie iniunximus, ut ei prebendam, cum primo in ecclesia tua vacare contingeret, occasione et appellatione remota conferres, provisurus attentius, ne cuiquam prebendam integram vel dimidiam, donec ipse haberet integram[b], assignares. Donationem quoque tuam, si quam facere contra prohibitionem nostram presumeres, auctoritate apostolica irritam decrevimus et inanem. Ceterum precepto contempto dimidiam prebendam cuidam ad preces karissimi in Christo filii nostri L(udovici) illustris Francorum regis, ut preceptum nostrum eluderes, assignasti et, quod nequius est, eidem I(ohanni) per prefatum regem fecisti interdictum de migrando proponi, si a sua nollet peticione cessare. Quantum autem sedem apostolicam offenderis et tue derogaveris honestati adversus viros aecclesiasticos principem concitando, quem provocatum placare attentius debuisses, discretionem tuam credimus non latere; sed nos excessum tuum et iniuriam aecclesiae punire distulimus magnitudini regie deferentes et putantes, per patientiam nostram te ad penitentiam celerius adducendum. Quia igitur pre-

[a] Tusculanen̄ *c.* [b] vel — integram *in margine addita sunt eadem manu.*

[1] Henrico. [2] qui usque ad a. 1179 abbas S. Crispini Suessionensis fuit.

1179 Mai. Iun. benda Hugonis de Oratorio, eo viam universe carnis ingresso, nuper dicitur vacavisse, volentes ipsius I(ohannis) laboribus finem debitum imponere, pro quo non sine rubore totiens nos[a] meminimus iam scripsisse, per presentia tibi scripta mandamus et in obedientie virtute precipimus, quatinus prescriptam prebendam, non obstante concessione vel donatione cuiquam facta, dilatione, contradictione et appellatione cessante, conferas[b] et assignes, ita quod prioris contemptus oblivisci possimus et ipse ad instantiam nostram locum se gaudeat et beneficium invenisse. Inhonestum enim nobis existeret et nobis admodum indecorum, si occasione donationis, apostolice prohibitioni contrarie, istius diutius provisio differretur. Ceterum si preceptum nostrum exsequi forte nolueris, W(illelmo) Remensi archiepiscopo, sancte Sabine cardinali, apostolice sedis legato, dedimus in mandatis, ut concessionem vel donationem, si qua de prescripta prebenda facta est, appellatione remota, irritam denuntiet et te auctoritate nostra et sua a prebendarum donatione suspendat, donec in istius provisione mandatum apostolicum impleatur.

---

304. *Alexander III Willelmum Remensem archiepiscopum de superiore ad Henricum Silvanectensem epistola certiorem reddit mandatque, ut eum a praebendarum donatione suspendat, donec Iohanni poëtae beneficium assignatum sit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 58, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 126.

1179 Mai. Iun. Remensi archiepiscopo[1], sancte Sabine cardinali, apostolice sedis legato. Non sine ammiratione et commotione referimus, quod pro dilecto filio nostro Iohanne poeta, olim bone memorie O(ddonis) Tusculanensis[c], nunc vero clerico venerabilis fratris nostri B(erneredi) Prenestini episcopi, Silvanectensi episcopo[2] scripsimus, in virtute obedientie iniungentes, ut ei prebendam, cum primo in ecclesia Silvanectensi vacaret, contradictione et appellatione remota conferret attentius provisurus, ne contra preceptum nostrum cuiquam ante ipsum prebendam integram vel dimidiam assignaret. Donationem quoque ipsius vel concessionem, si quam contra prohibitionem nostram facere attemptaret, auctoritate decrevimus apostolica non tenere; prefatus tamen episcopus oblitus obedientie, quam impendere

[a] vos *cod.* [b] ei *vel tale verbum excidisse videtur.* [c] Tusculañ *c.*

[1] Willelmo. [2] Henrico.

apostolice sedi tenetur, dimidiam, que vacavit, cuidam ad interventum regium assignavit; cuius factum licet de iure potuerimus revocare, consideratione regie magnitudinis sustinuimus incorrectum, credentes eundem episcopum ad huius provisionem celerius per nostram mansuetudinem provocandum. Quia igitur nuper in iam dicta ecclesia prebendam Hugonis de Oratorio accepimus vacavisse, nos attendentes, quod prefatus I(ohannes), pro quo totiens et tam districte scripsimus, sine iniuria sedis apostolice fraudari non possit diutius stipendiis militie clericalis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus iam dicto episcopo ex parte nostra et tua in obedientie virtute precipias, ut ei prescriptam prebendam non obstante concessione vel donatione, si qua facta est, sublato appellationis diffugio conferat et assignet. Quod si facere forte noluerit, tu concessionem vel donationem de ipsa factam, appellatione remota, irritam denunties et episcopum a donatione prebendarum nostra et tua fretus auctoritate facias manere suspensum, donec de provisione istius mandatum apostolicum impleatur; nullis litteris obstantibus, si que sunt vel fuerint his contrarie veritate tacita in posterum impetrate. Ad haec presentium tibi auctoritate iniungimus, ut compositionem inter ipsum Io(hannem) et P. de Monte per venerabilem fratrem nostrum P(etrum) Tusculanum episcopum, tunc tituli sancti Grisogoni presbyterum cardinalem, apostolice sedis legatum, factam et fide hinc inde interposita confirmatam, scripti etiam nostri munimine roboratam facias iuxta ipsius compositionis tenorem sublato appellationis diffugio inviolabiliter observari et contra eam subtractos eidem Io(hanni) fructus contradictione et appellatione cessante cum integritate restitui. 1179 Mai. Iun.

---

305. *Alexander III capitulo Silvanectensi de superioribus ad Willelmum Remensem et Henricum Silvanectensem epistolis scribit. Prohibet, ne quem in canonicum recipiant, donec Iohanni poëtae praebenda integra collata sit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 59, l. l. fol. 126[b].

Decano[1] et capitulo Silvanectensi. Per alias litteras nos meminimus vobis in virtute obedientie precepisse, ut nullum in canonicum, donec dilectus filius noster I(ohannes) poeta, clericus venerabilis fratris nostri Prenestini episcopi[2] haberet in ecclesia vestra 1179 Mai. Iun.

[1] Stephano. [2] Berneredi.

1179 Mai. Iun. prebendam integram, recipere aliquatenus temptaretis. Accepimus autem, prebendam Hugonis de Oratorio nuper vacavisse, quam ei precepimus per episcopum vestrum[1], non obstante concessione vel donatione alicui facta, conferri. Verecondum quidem nobis admodum et molestum existit, ut mandatum apostolicum tam rectum debito ulterius privetur effectu. Ideoque prefato episcopo in obedientie virtute precipimus, ut ei prescriptam prebendam, occasione contradictione et appellatione remota, conferat et assignet. Ipsum quoque per venerabilem fratrem nostrum Remensem archiepiscopum[2], sancte Sabine cardinalem, apostolice sedis legatum, si apostolicum exequi mandatum omiserit, a donatione prebendarum suspendi iubemus, donec idem Io(hannes) prebendam fuerit, quam diximus, assecutus. Vobis autem in virtute obedientie prohibemus, ne quemquam, antequam mandatum apostolicum impleatur, recipere in canonicum vel donationi alicuius prebende assentire sub occasione aliqua presumatis. Tibi quoque, fili decane[a], sub pena honoris et officii interdicimus, ne cuiquam stallum in choro tanquam canonico per te audeas vel alium assignare. Nos enim donationem vel receptionem, si qua est vel fuerit contra preceptum apostolicum attemptata, auctoritate, qua fungimur, decernimus non tenere.

---

306. *Alexander III abbati Beccensi et decano Rotomagensi negotium dat, investigent, utrum canonicis Baiocensibus an monachis Alnetensibus nemus quoddam adiudicandum sit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 60, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 127.

1179. Dilectis filiis abbati[3] Beccensi et R(oberto) decano Rothomagensi. Recepimus querelam dilecti filii nostri B. Baiocensis canonici, quod, cum ecclesia Baiocensis nemus, quod in partem prebende ipsius B. cedere debuisset, centum annis continuis in pace possederit, abbas[4] et monachi de Alneto idem per manum laicam occupantes memorate ecclesie reddere contradicunt. Quoniam igitur inhonestum est monachis aliena detinere iniuste, qui propria reliquerunt, discretioni[b] vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus in vestram presentiam convocatis, si vobis ita constiterit,

[a] *Si scripsi pro* cantor *cod.* [b] *aut* dilectioni, *in cod. enim est* d. v.

[1] Henricum. [2] Willelmum. [3] Rogerio. [4] Christianus? vide Gall. Christ. XI. 443.

prescriptum nemus memorate ecclesie, dilatione et appellatione re- 1179.
mota, restitui faciatis. Restitutione autem facta, si monachi ordine iudiciario voluerint experiri, causam diligentius audientes fine curetis congruo terminare.

---

307. *Alexander III abbatem Beccensem et decanum Rotomagensem constituit iudices inter G. canonicum Rotomagensem et fratres S. Iohannis de Monteforti.*

Reg. Alex. fragm. ep. 62, l. l. fol. 127.

Dilectis filiis abbati[1] Beccensi et R(oberto) decano Rothoma- 1179.
gensi. Querela dilecti filii nostri G. Rothomagensis canonici ad nos transmissa pervenit, quod abbas et canonici sancti Iohannis de Monte forti[2] fundum quendam eundem G. et fratrem suum iure hereditario contingentem iniuste detinent et in eo cimiterium et oratorium non sine dispendio matricis ecclesie, in qua prefatus G. persona esse dinoscitur, ipso reclamante, de novo construere presumpserunt; parrochialia quoque iura matricis ecclesie minuere multipliciter et turbare contra iuris ordinem non verentur. Quoniam igitur ex apostolatus nostri officio iura omnium illesa et illibata tenemur servare, discretioni[a] vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus ante vestram presentiam convocatis causam ipsam sublato appellationis obstaculo fine canonico decidatis.

---

308. *Alexander III, petente Maria comitissa, Henrici Trecensis terram abhinc usque ad eius reditum ex partibus Hierosolymitanis protegendam suscipit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 35, l. l. fol. 121.

Dilecte in Christo filie, nobili mulieri comitisse Trecensi.[3] 1179.
Licet omnibus simus ex suscepti officii ministerio debitores, propensius tamen eorum debemus iura tueri, qui nobis et ecclesie devotionem exhibent puriorem et pro defensione Christiani nominis peregrinari in transmarinis partibus non recusant. Hac itaque ratione inducti et tuis postulationibus inclinati terram dilecti filii nostri, nobilis viri H(enrici) comitis Trecensis, viri tui, et tuam cum omnibus ad vos pertinentibus usque ad ipsius reditum sub beati Petri

[a] *aut* dilectioni *legendum est, in codice enim non nisi* d. v. *praebetur.*

[1] Rogerio. [2] Monasterium hoc videtur in Normannia situm. [3] Mariae, filiae Ludovici Francorum regis.

1179. et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.[1]

---

309. *Alexander III Severico archidiacono Norhamtonensi aere alieno oppresso indulget, ut, si mori eum contingat, redditus eius per annum creditoribus persolvantur.*

Reg. Alex. fragm. ep. 10, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 110b.

1179. Severico archidiacono[2] de Norhamtone.[a] In his, que ad salutem respiciunt et ab honesta consuetudine non dissentiunt, tanto te libentius exaudimus quanto sinceriori caritate diligimus et de tuis volumus profectibus attentius cogitare. Inde est quod, cum in immensum sis ere alieno gravatus, nos saluti tue et indempnitati creditorum providere volentes auctoritate apostolica constituimus, ut, si antequam debita ipsa soluta fuerint, humanitus aliquid tibi contigerit, redditus tui per annum creditoribus persolvantur, ita quidem ut per manus venerabilis fratris nostri Batoniensis episcopi, si superstes fuerit, solutio sortiatur effectum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis etc.

---

310. *Alexander III archiepiscopo Burdigalensi et canonicis S. Severini P. diaconum commendat, quem in prescripta ecclesia canonicum institui cupit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 11, l. l. fol. 111.

1179. Alexander episcopus Burdegalensi archiepiscopo[3] et dilectis filiis B. decano et canonicis sancti Severini[4] salutem et apostolicam benedictionem. Viris ecclesiasticis et his precipue, quos litterarum

[a] Norhātoñ c.

[1] In Chron. S. Petri vivi 1179 sic notatur: „.... et in ipso anno Henricus comes Trecensis cum Petro de Curtinaco et aliis multis Ierosolymam peregre profectus est.“ [2] De Severico seu Savarico, postea ep. Bathoniensi, qui fuit consanguineus Henrici VI imperatoris, vide in Chron. Rogeri de Hoveden, MG. SS. XXVII. 164, notam asterisco signatam; cf. etiam Annal. Waverleiens. 1192. ibid. p. 459 (Liebermann). [3] Willelmo. [4] De hac abbatia vide Galliam Chr. II. 857.

scientia et bonis moribus credimus adornatos, paterna tenemur pro- 1179.
visione consulere et in conpetentibus beneficiis providere. Inde est, quod dilectum filium nostrum P. diaconum, latorem presentium, affectioni vestre propensius commendamus, per apostolica scripta rogantes attentius et mandantes, quatinus eidem P. pro reverentia beati Petri et nostra et consideratione sui ipsius canonicum in prescripta aecclesia instituatis, ita quod liberalitatem et providentiam vestram in hàc parte dignis in Domino laudibus commendemus et preces et peticiones vestras, cum se oportunitas optulerit, libentius et efficacius admittamus.

---

311. *Alexander III episcopo Meldensi mandat, ut Hervei canonici dimidiam praebendam integrare non differat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 13, l. l. fol. 111[b].

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Mel- 1179
densi episcopo[1] salutem et apostolicam benedictionem. Officio nostro Iul. 1.
congruit et nos zelus caritatis ad idem inducit, ut viris ecclesiasticis pastorali debeamus consideratione adesse et eorum necessitatibus paterna sollicitudine commodius providere. Sane dilectus filius noster Her(veus)[2] lator presentium, canonicus ecclesie tue, humili nobis relatione monstravit, quod in eadem ecclesia nondum nisi dimidiam prebendam potuit optinere. Quia vero, sicut discretio tua non ignorat, spiritualia non sustinent sectiones, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus firmiterque precipimus, quatinus prebendam eiusdem Her(vei) pro reverentia beati Petri et nostra, consideratione quoque sui ipsius de prima dimidia prebenda sive de integra secunda, que in ecclesia tua vacaverit, integrare ipsumque exinde investire, omni occasione, excusatione et appellatione cessante, non differas, litteris nostris non obstantibus, si que sunt vel fuerint, harum tenore tacito, in posterum impetrate, ita quod providentiam tuam exinde merito commendemus. Dat. Laterani Kal. Iulii.

---

312. *Alexander III decanum et canonicos Meldenses de superiore epistola certiores reddit hortaturque, ut episcopum ad Hervei dimidiam praebendam integrandam adducant.*

Reg. Alex. fragm. ep. 14, l. l. fol. 111[b].

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis decano[3] 1179
et capitulo Meldensi salutem et apostolicam benedictionem. Audito Iul. 1.

[1] Simoni. [2] Vide infra ep. 330. [3] Michaeli.

1197 quod dilectus filius noster Her(veus) lator presentium, canonicus
Iul. 1. ecclesie vestre, nondum in eadem ecclesia nisi dimidiam prebendam potuerit obtinere, venerabili fratri nostro, episcopo vestro, dedimus in mandatis, ut prebendam eiusdem Her(vei) de prima dimidia sive integra secunda, que in ecclesia vestra vacaverit, non differat aliquatenus integrare. Quapropter universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus[a] diligentibus monitis apud episcopum studeatis efficere, ut prebendam prefati Her(vei) de prima dimidia sive de integra secunda[b] vacante curet maturius integrare. Quod si facere forte noluerit, vobis in virtute obedientie districtius inhibemus, ne aliquem nisi ad primam vacantem in canonicum recipere presumatis, donec prebenda memorati Her(vei) primitus integretur, nullis litteris huic mandato nostro preiudicium facientibus, si que sunt vel fuerint, harum tenore tacito, a sede apostolica impetrate. Dat. Laterani Kal. Iulii.

---

313. *Alexander III Simoni episcopo Meldensi iterum praecipit, ut Hervei canonici dimidiam praebendam integret; quod nisi fecerit, Willelmum Remensem mandatum apostolicum executurum esse scribit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 15, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII fol. 112.

1179 ex. Meldensi episcopo.[1] Cum fraternitati tue pro dilecto filio nostro H(erveo) canonico tuo, venerabilis fratris nostri[c] Prenestini episcopi clerico, porrexerimus preces[d] et preceptum[2], ut prebendam ipsius pro reverentia beati Petri et nostra integrares, non solum quod mandavimus noluisti efficere, verum etiam non satis plenum et minus sufficiens diceris dedisse responsum. In quo utique dignitati et honori sedis apostolice non modicum detraxisti, cui omnimodam teneris reverentiam exhibere et beato Petro in nobis devote et humiliter obedire. Grave quippe nimis et periculosum tibi potest existere, si presumpseris contra Romanam ecclesiam spiritum contumatie et rebellionis ostendere et eius contempseris preceptioni parere. Non enim debes estimare beati Petri manus adeo esse contractas, quin possimus his, qui nostram voluntatem sequuntur, retributionis premium reddere, et qui se duros et inobedientes exhibent, rependere vicem et pro meritis respondere. Volentes autem

[a] *sic supplevi codicis* u. v. p. a. s. p̄. m. q. [b] secunda *addidi.* [c] vestri *c.* [d] preces *ipse addidi.*

[1] Simoni. [2] supra ep. 311.

devotionem et obedientiam tuam in hac parte plenius experiri, per 1179 ex.
iterata tibi scripta precipiendo mandamus et in virtute obedientie iniungimus, quatinus nullam alii prebendam quoquomodo vacantem integram vel dimidiam, donec prefatus H(erveus) prebendam integram habeat, assignare presumas. Quod si presumpseris, presumptionem tuam noveris durius puniendam et nos factum tuum auctoritate apostolica irritum penitus decernimus et inane. Quod si non occurrente dimidia integram ei prebendam contuleris, volumus ut, cum de integra per se vel per interpositam personam, si absens fuerit, in fratrem et canonicum a capitulo receptus fuerit, de dimidia, quam ipse habet, eo etiam absente, nostra fretus auctoritate disponas. Si quam autem prebendam integram vel dimidiam, postquam idem H(erveus) arripuit iter ad nos veniendi, alicui alii assignasti, omni occasione et appellatione cessante, donationem ipsam in irritum revocare et eidem H(erveo) vel cui mandaverit non differas assignare, litteris nostris non obstantibus, si que sunt vel etc.[a] Nolumus enim, quod constitutio, quam in concilio fecimus, impediat, quod a nobis ante concilium fuisse dinoscitur inchoatum. Quod si precepti nostri, quod non credimus, contemptor fueris aut negligens exauditor venerabili fratri nostro W(illelmo) Remensi archiepiscopo, sancte Sabine cardinali, apostolice sedis legato, dedimus in mandatis, ut mandatum nostrum sublato appellationis remedio auctoritate fretus apostolica plenius exequatur.

---

314. *Alexander III decano et capitulo Meldensi mandat, curent, ne eorum episcopus dimidiam Hervei praebendam integrare ulterius recuset.*

Reg. Alex. fragm. ep. 16, l. l. fol. 112[b].

Decano[1] et capitulo Meldensi. Maioribus ecclesie redditibus in 1179 ex.
sua integritate permanentibus, indignum est valde, ut minores prebende recipiant sectionem. Audito siquidem, quod dilectus filius noster H(erveus) in ecclesia vestra aliquandiu curiose servierit et non nisi dimidiam prebendam potuerit obtinere, fratri nostro Meldensi episcopo dedimus in mandatis, quatenus eam prefato H(erveo) curaret misericorditer integrare. Verum quia quidam, quod de misericordia facimus, violentiam interpretantur, universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus predictum episcopum

[a] *cf. supra epp. 311 et 312 in fine.*

[1] Michaeli.

1179 ex. diligentibus monitis ad id efficiendum inducatis. Quod si ad delusionem mandati nostri aliter facere presumpserit, vobis presentium significatione mandamus, ut nullum alium in choro vel in capitulo canonicum admittatis, nullo appellationis obstaculo, nullis litteris obstantibus vel preiudicium facientibus, si que fuerint in contrarium, harum tenore tacito, impetrate. Eius antem inobedientiam et contumaciam loco et tempore competenti duximus puniendam.

---

315. *Alexander III ecclesiae S. Martini de Las translationem, in villam de Criptis a Petro quondam archiepiscopo Bituricensi factam, confirmat.*

Bibl. nat. Paris. Chartul. Bituric. ms. lat. nouv. acqu. 1274. s. XIII. fol. 16.

1171–80 Aug. 27. Alexander etc.[a] decano et capitulo Bituricensi.[a] Ea, quae in profectum redundant et commodum ecclesiarum, studiosius debemus et diligentius exequi et, ne quorumlibet valeant temeritate turbari, apostolici roboris praesidio communire. Inde est quod nos vestris votis et desideriis benigno animo annuentes et in hiis, quae ad vestrum pertinent commodum et profectum, promptam cupientes diligentiam adhibere, translationem ecclesiae S. Martini de Las in villa de Criptis a bonae memoriae P(etro) quondam archiepiscopo vestro inspecta necessitate et utilitate factam et scripti sui munimine roboratam auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Statuentes etc.[a] Datum Tusculani VI Kalendas Septembris.

---

316. *Alexander III episcopum et canonicos Meldenses tertio hortatur, ut Hervei canonici dimidiam praebendam integrent nullumque, donec factum sit, in canonicorum numerum recipiant.*

Reg. Alex. fragm. ep. 64, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 128.

1179 ex.–1180 in. Episcopo[1] et capitulo Meldensi. Rediens ad nos dilectus filius noster H(erveus) canonicus ecclesie vestre humili nobis relatione monstravit, quod, cum tu, frater episcope, super integratione prebende sue mandatum nostrum iterato susceperis et preceptum, nullum tamen adhuc est petitionis sue consecutus effectum. Sane quoniam indignum est et iniquum, ut aliquis in spe et fiducia Romane ec-

[a] *Sic cod.*

[1] Simoni.

clesie, quae omnibus et maxime viris ecclesiasticis in suis tenetur 1179 ex.–
necessitatibus subvenire, laboribus et expensis inutiliter fatigetur, 1180 in.
quod pro eodem H(erveo) incepimus, nolentes relinquere imperfectum, presertim cum de eo viri graves nobis perhibuerint testimonium, et in eadem voluntate manentes propositum nostrum circa eius provisionem nolumus aliquatenus immutare. Cum igitur idem H(erveus) nullum habeat beneficium nisi dimidiam tantum prebendam nec ex ea possit commode sustentari, necessitati ipsius paterno compatientes affectu et precibus fratrum nostrorum benignius inclinati, nunc tercia vice tibi, frater episcope, mandamus et districte precipimus, quatinus, donec prefato H(erveo) suam integraveris, nullam alii prebendam conferas vel assignes, litteris nostris non obstantibus, si que sunt vel fuerint, harum tenore tacito, impetrate. Quod si non occurrente dimidia integram ei prebendam contuleris, volumus ut, cum de integra per se vel per interpositam personam, si absens fuerit, in fratrem et canonicum a capitulo receptus fuerit, de dimidia, quam ipse habet, eo etiam absente, nostra fretus auctoritate disponas. Vobis autem, filii decane et canonici, sicut iam secundo inhibuimus, tertio quoque inhibemus, ne aliquem in fratrem aut canonicum aliquarum litterarum obtentu recipere presumatis, donec prebenda memorati H(ervei) primitus integretur. Alioquin, si quid contra huius mandati nostri tenorem fuerit attemptatum, nos auctoritate apostolica irritum decernimus et inane.

---

317. *Alexander III archiepiscopo Bituricensi mandat, moneat parochianos quosdam, ut canonicis Bituricensibus ablatam decimam de Croptis reddant.*

Bibl. nat. Paris. Chartul. Bituric. ms. lat. nouv. acqu. 1274.
s. XIII. fol. 20[b].

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bitu- 1180
ricensi archiepiscopo[1] salutem et apostolicam benedictionem. Pervenit Ian. 25.
ad nos ex conquestione dilectorum filiorum nostrorum decani et canonicorum ecclesiae tuae, quod quidam laici parochiani tui E. videlicet Capacalida et M. de Luis decimam de Croptis, quae ad ipsos pertinet, in suae salutis periculum detinere contendunt. Quoniam igitur non debes in patientia sustinere, ut laici decimas teneant, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus praedictos laicos studiose moneas et inducas, ut praescriptam decimam

[1] Guarino.

1180 Ian. 25. memoratis canonicis, quorum est, dilatione et appellatione cessante, restituant et in pace dimittant. Si vero monitis tuis acquiescere forte noluerint, eos sublato appellationis obstaculo vinculo excommunicationis astringas et usque ad dignam satisfactionem sicut excommunicatos facias evitari. Datum Velletri VIII Kalendas Februarii.

---

318. *Alexander III fratribus S. Germani de Pratis indulget, si archiepiscopus Senonensis in procurationibus exigendis numerum equitaturarum et hominum statutum excedat, non teneantur eas praestare.*

Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 231 n. 36.

1180 Febr. 15. Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . abbati[1] et conventui sancti Germani Parisiensis salutem et apostolicam benedictionem. Quanto specialius monasterium vestrum beati Petri iuris existit, tanto minus gravamen eius debemus incorrectum relinquere, sed de libertate servanda in capite et in membris, quantum cum iustitia possumus, volumus efficaciter cogitare. Eapropter auctoritate apostolica constituimus, ut si venerabilis frater noster . . Senonensis[2] archiepiscopus in procurationibus, quas debent illi quedam ecclesiarum vestrarum, numerum equitaturarum vel hominum in vestro privilegio diffinitum excedere forte voluerit, liberum sit vobis quod petitur denegare. Si autem propter hoc aliquam in ecclesias ipsas, monachos vel clericos sententiam promulgaverit, eam auctoritate apostolica decernimus non tenere. Datum Velletri XV Kalendas Martii.

---

319. *Alexander III Trecensi episcopo nuntiat, Simonem Meldensem, licet iuxta mandatum apostolicum Hervei canonici praebendam integrare debuisset, dimidiam vacantem filio nobilis viri G. de Cheureuse assignasse. Quod irritum esse vult.*

Reg. Alex. fragm. ep. 17, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 113.

1180 in. Trecensi episcopo.[3] Estimabamus, quod frater noster Meldensis episcopus[4] dilectum filium nostrum Her(veum) concanonicum suum, nunc clericum venerabilis fratris nostri B(erneredi) Prenestini episcopi[4] facile deberet ad mandatum apostolicum integrare; sed ipse contra preceptum nostrum dimidiam prebendam, que fuit Constancii succentoris, cuidam puero, filio nobilis viri G. de Cheureuse,

[1] Hugoni. [2] Hugoni. [3] Matthaeo. [4] Simon. [5] Berneredus usque ad a. 1179 abbas S. Crispini Suessionensis fuit.

qui alibi habere maiores redditus perhibetur, pro suo dicitur arbi- 1180 in.
trio concessisse. In quo utique, si verum est, apostolicam sedem offendit, mandatum nostrum contempnens. Quia igitur sustinere nolumus sicut nec debemus, ut integratio ipsius H(ervei) ulterius differatur, cum per conversationem et litteraturam dignus etiam maiori beneficio reputetur, prescriptam donationem, quia presumpta est contra preceptum nostrum, auctoritate apostolica irritandam iubentes, episcopo memorato precipimus, ut, si res ita se habet, iam dictam dimidiam prebendam nomine ipsius H(ervei) dilectis filiis nostris Rorico archidiacono et Guidoni nepoti decani, canonico Meldensi, vel eorum alteri, dilatione contradictione et appellatione remota, concedat. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus eundem episcopum ad mandatum nostrum implendum moneas attentius et iuducas. Ceterum si monitis tuis minime adquieverit, prefato archidiacono et G(uidoni) nepoti decani vel eorum alteri prescriptam dimidiam ipsius Her(vei) nomine assignando, eum auctoritate nostra, sublato appellationis diffugio, non differas integrare, decano et capitulo ex parte nostra precipiens, ut, quod auctoritate apostolica feceris, ratum habeant et, nullius contradictione vel appellatione obstante, observent. Nolumus autem, quod aliquarum litterarum obentu, si que sunt vel fuerint contrarie, harum tenore tacito, impetrate, prescripti mandati executio differatur.

---

320. *Alexander III Simonem episcopum Meldensem graviter increpat, quod mandata apostolica contemnens vacantem succentoris praebendam, qua Hervei canonici dimidiam integrare debuisset, filio nobilis viri G. de Cheureuse donaverit; quam donationem irritam denuntiat. Praescriptam dimidiam nomine Hervei absentis Rorico et Guidoni vel eorum alteri assignari iubet.*

Reg. Alex. fragm. ep. 18, l. l. fol. 113[b].

Meldensi episcopo.[1] Ex his, que de te in minori officio dice- 1180 in.
bantur, credibile videbatur, quod, si ad maiora conscenderes, taliter te haberes, ut et aliis prestares virtutis exemplum et in extremo examine posses gloriam expectare. Vocatus autem ad episcopatum ita te, quod dolentes dicimus, geris, ut, que prius feceras, videantur non de virtute, sed de simulatione potius processisse. In his sane, que per te ipsum libenter deberes efficere, durus existis et

[1] Simoni.

1180 in. gravis et, apostolico mandato contempto, clericos honestos et litteratos omittis, minus utiles eis et pueros anteponens. Pro dilecto siquidem filio nostro Her(veo) canonico tuo, nunc clerico venerabilis fratris B(erneredi) Prenestini episcopi sepius fraternitati tue scripta direximus, nullum tamen fructum est hactenus, unde miramur et movemur plurimum, assecutus. Post preceptum etenim nostrum[2], in quo si bene meminimus iusseramus, ut eius prebendam de prima dimidia vel integra secunda, quam vacare contingeret, integrares, dimidiam vacantem Constantii succentoris ecclesie tue cuidam puero filio nobilis viri G. de Cheureuse, qui alibi habere maiores redditus perhibetur, ut commodius mandatum nostrum posses eludere et prefati Her(vei) honestam peticionem protrahere, pro tuo diceris arbitrio concessisse. Quoniam igitur tolerare in patientia non debemus, ut integratio prebende ipsius Her(vei) ulterius differatur, cum ad maius etiam beneficium optinendum scientia sua moribusque iuvetur et certum sit, eum predictum puerum in ordinationem[a] aecclesiae precessisse, per presentia tibi scripta mandamus et districte precipimus, quatinus predictam dimidiam, dilatione contradictione et appellatione cessante, nomine ipsius Her(vei) dilectis filiis nostris, Rorico archidiacono et G(uidoni) nepoti decani, canonico aecclesiae tuae, vel eorum alteri conferas quantocius et assignes, ita quod ad instantiam nostram suum gaudeat beneficium integratum, et nos contemptus possimus, quem in ea pertulisse noscimur, oblivisci. Prefatam autem donationem, quia contra preceptum nostrum presumpta est, duximus irritandam. Iniquum equidem videretur, ut in[b] integratione precederet, qui in ordinatione secutus est, presertim cum prior et indigere amplius et magis idoneus dinoscatur. Sane nolumus, quod aliquarum litterarum obtentu etc. usque prescripti mandati executio differatur.[c]

---

321. *Alexander III capitulum Meldense de superioribus ad Trecensem et Meldensem epistolis certius reddit. Prohibet, ne quem ante praebendam Hervei integratam in fratrum numerum recipiant.*

Reg. Alex. fragm. ep. 19, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 114.

1180 in. M(ichaeli) decano et capitulo Meldensi. Pro integratione prebende dilecti filii nostri Her(vei) concanonici vestri, nunc clerici vene-

[a] *sic cod.* [b] in *addidi.* [c] *cf. epistolae praecedentis finem.*

[1] Cf. supra epp. 311 et 313.

rabilis fratris nostri B(erneredi) Prenestini episcopi, iam pridem ve- 1180 in.
nerabili fratri nostro, S(imoni) episcopo vestro scripta direximus credentes, eum ad mandatum apostolicum celeriter impleturum, quod tacentibus nobis per se ipsum efficere tenebatur. Eius est enim predictus Her(veus) conversationis et scientie, sicut vos ipsi plenius nostis, quod maiori etiam beneficio dignus esset. Ceterum prefatus episcopus mandatum nostrum contempnens et ipsius necessitatem et probitatem dissimulans, ut preceptum nostrum commodius posset, quod non licet, eludere, alios ei preponere, quem solum precepimus in Meldensi ecclesia integrari, et in penam litteras nostras, quas ad commodum indulsimus, retorquere, vacantem prebendam dimidiam Constantii succentoris cuidam puero, filio nobilis viri G. de Cheureuse, qui alibi habere maiores redditus perhibetur, contra prohibitionem nostram dicitur, unde miramur et movemur plurimum, concessisse. Quia igitur verecundum nobis est[a] admodum et molestum, ut prefatus H(erveus), quem integrum beneficium habere volumus, tardius integretur, prefato episcopo districte precipimus, ut, non obstante concessione facta predicto puero, eidem H(erveo) prescriptam dimidiam conferat quantotius et assignet. Venerabili quoque fratri nostro episcopo Trecensi[1] mandamus, ut si prefatus Meldensis requisitus mandatum apostolicum exequi recusaverit, ipsum nullius appellatione obstante auctoritate apostolica fretus non differat effectui mancipare. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus, quod idem Trecensis auctoritate nostra fecerit, firmiter observetis. Ad hec auctoritate apostolica inhibemus, ne, antequam prefati H(ervei) beneficium integretur, aliquarum litterarum obtentu, si que etc.[b], quemquam recipiatis in fratrem vel integrari aliquem, quantum in vobis est, ullatenus permittatis. Tibi autem, fili decane, specialiter interdicimus, ne ante prescriptam integrationem quemquam de integra vel dimidia temptes per te vel alium quomodolibet investire. Alioquin si quid contra hanc prohibitionem nostram fuerit a quoquam presumptum, auctoritate apostolica decernimus non valere.

[a] *In cod. sic est:* Quia igitur sustinere in patientia non debemus, ut ab episcopis, qui tenentur alios ad observantiam decretorum nostrorum inducere, statuta sedis apostolice violentur, verecundum nobis est; *vocem* va-cat *eadem manus superscripsit.*
[b] *Cf. supra ep. 319.*

[1] Matthaeo.

322. *Alexander III episcopo Trecensi mandat, moneat episcopum Meldensem, ut vacantium praebendarum unam Herveo canonico assignare aut dimidiam eius integrare ulterius non differat; qui nisi fecerit, ipse mandatum apostolicum exequatur.*

Reg. Alex. fragm. ep. 20, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 114[b].

1180 med. Trecensi episcopo.[1] Non sine iniuria apostolice sedis et sue fame dispendio frater noster Meldensis episcopus[2] dilectum filium nostrum H(erveum), canonicum suum, clericum venerabilis fratris nostri B(erneredi) Prenestini episcopi, hactenus integrare omisit, quem licet nobis tacentibus integrare debuerit, contra prohibitionem nostram dimidium facit usque hodie remanere, preferens illi puerum[3], quem scientia et temporis ordinatione precedit. In quo manifeste datur intelligi, quod in dispensatione sibi credita non eam tenet diligentiam, quam deberet. Quia igitur plures sicut accepimus prebende in iam dicta ecclesia vacant, nos attendentes, quod tempus prescripte integrationis advenit, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus prefatum episcopum ex parte nostra commoneas, ut unam predictarum prebendarum prefato H(erveo) vel cui ipse mandaverit nomine ipsius assignet vel eius dimidiam non differat de una ipsarum dimidia integrare. Ceterum si idem commonitus acquiescere forte noluerit, tu mandatum apostolicum, non obstante concessione vel donatione contra prohibitionem nostram cuiquam facta, auctoritate apostolica fretus, sublato appellationis obstaculo, exequaris, decano et capitulo ex parte nostra precipiens, ut, quod auctoritate apostolica feceris, habeant ratum et, nullius contradictione vel appellatione impediante, observent. Sane nolumus, quod aliquarum litterarum obtentu, si que sunt vel fuerint, harum tenore tacito, impetrate, aut occasione nuntii iam dicti episcopi, qui apud nos moratur, mandati huius executio postponatur.

323. *Alexander III episcopo Meldensi iterum iterumque mandat, ut Herveo canonico integram Hugonis de Oratorio nuper defuncti praebendam assignet vel dimidiam eius tandem integret; alioquin episcopum Trecensem mandatum suum impleturum esse, scribit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 21, l. l. fol. 115.

1180 med. Meldensi episcopo.[4] Verecundum nobis est admodum et mole-

[1] Matthaeo. [2] Simon. [3] filium nobilis viri G. de Cheureuse, vide supra ep. 319 sq. [4] Simoni.

stum et tue plurimum contrarium honestati, quod preceptum apo- 1180 med.
stolicum super integratione dilecti filii nostri H(ervei), clerici venerabilis fratris nostri B(erneredi) Prenestini episcopi, sepius replicacatum surdis videris hactenus auribus pertransisse. Illud autem molestius reputamus, quod—unde verecundari deberes pariter et dolere—diceris gloriari iactans te nullum beneficium ad litteras apostolicas cuiquam tradidisse, et de patientia nostra presumens asseris, de facili mandatum, quod pro iam dicto clerico dedimus, immutandum. Sed quis non erubescat presertim in pontificatus officio constitutus, de vitio inobedientie gloriari et prestare aliis ipsius presumptionis exemplum. Sane sicut recolimus, tibi post concilium dedimus in mandatis, ut nullam alicui prebendam conferres, donec suam H(erveo), nullis litteris obstantibus, contradictione et appellatione postposita integrasses; sed licet due integre postea vacaverint et una dimidia, mandatum tamen apostolicum non implesti, sed dimidiam Constantii, succentoris ecclesie tue, cuidam puero[1] contra prohibitionem apostolicam tribuisti, ipsum ei in prebende integratione preponens, cui noscitur ordinatione ac scientia preferendum. Quoniam igitur quanto amplius ad integrationem prebende sue scientia moribusque iuvatur, tanto minus sustinere volumus, ut preceptum nostrum remaneat imperfectum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus et in obedientie[a] virtute precipimus, quatinus prebendam, que fuit Hugonis de Oratorio, quem nuper viam accepimus universe carnis ingressum, eidem H(erveo) vel cui mandaverit nomine ipsius, contradictione et appellatione cessante, assignes vel de ipsa eius dimidiam non differas integrare, sciturus, quod, si preceptum nostrum exequi forte nolueris, venerabili fratri nostro Trecensi episcopo[2] dedimus in mandatis, ut de prebenda ipsius Hugonis iamdicti H(ervei) prebendam integrans dilectis filiis nostris R(orico)[3] archidiacono et Guidoni canonico ecclesie tue vel cui mandaverit prebendam ipsam vel eius medietatem nomine ipsius assignet, nullis litteris obstantibus, si que sunt vel fuerint contrarie, harum tenore tacito, impetrate. Nos autem concessionem seu donationem, si qua inde a te vel a capitulo contra prohibitionem nostram facta est, auctoritate apostolica irritam decernimus et inanem.

[a] inobedientie *cod.*

[1] cf. supra ep. 319 sq. [2] Matthaeo. [3] cf. supra ep. 320.

324. *Alexander III capitulo Meldensi praecipit, moneat episcopum Meldensem, ut Herveo canonico integram Hugonis de Oratorio nuper defuncti praebendam assignet vel dimidiam eius tandem integret. De negotio Trecensi episcopo dato addit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 22, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 115[b].

1180 med. Dilectis filiis decano[1] et capitulo Meldensi. Audientes a pluribus, quibus etiam in maioribus fides potest merito adhiberi, quod dilectus filius noster H(erveus) concanonicus vester, nunc clericus venerabilis fratris nostri B(erneredi) Prenestini episcopi, ad maius etiam beneficium optinendum quam sit integra prebenda Meldensis ecclesie idoneus habeatur, fratri nostro episcopo vestro[2] sepius scripsimus iniungentes, ut ipsius H(ervei) prebendam dimidiam integraret; sed ipse, quod non sine admiratione et commotione referimus, apostolicum mandatum postponens dimidiam Constantii succentoris cuidam puero[3] contra prohibitionem nostram sicut accepimus assignavit, ut de litteris, quas dederamus ad commodum, penam portaret et audientes metuerent, contra eum in suis necessitatibus sedis apostolice patrocinium implorare. Quoniam igitur, cum prebenda Hugonis de Oratorio vacet, sicut audimus, sustinere nolumus, ut dimidius remaneat ulterius, quem tociens precepimus integrari, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus prefatum episcopum sollicitis monitis et exhortationibus inducatis, ut ei prescriptam prebendam conferat vel de illa eius non differat dimidiam integrare. Ceterum si mandatum nostrum exequi forte noluerit, venerabili fratri nostro M(atthaeo) Trecensi episcopo dedimus in mandatis[4], ut ipsum nullius appellatione obstante auctoritate fretus apostolica exequatur. Vos itaque, quod idem Trecensis fecerit et auctoritate nostra iusserit, observandum suscipiatis humiliter et inviolabiliter observetis. Ad hec sicut per alias litteras[5] auctoritate presentium prohibemus, ne ante integrationem ipsius H(ervei) quemquam recipiatis in fratrem vel integrari aliquatenus permittatis. Tibi quoque, fili decane, specialiter interdicimus, ne ante etc. ut supra.[a] Nolumus autem litteris presentibus derogari obtentu aliquarum si que etc.[b]

[a] *vide supra in fine ep. 321.* [b] *cf. epistolae 322 finem.*

[1] Michaeli. [2] Simoni. [3] filio nobilis viri G. de Cheureuse, vide supra ep. 319 sq. [4] vide ep. 322. [5] i. e. epistola 321, supra p. 189.

325. *Alexander III comitissam Trecensem hortatur, ut ab iniuriis in L. clericum desistat ablataque ei reddat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 50, l. l. fol. 124.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilecte in Christo 1180
filie nobili mulieri comitisse Trecensi[1] salutem et apostolicam bene- Iun. 17.
dictionem. Magnitudinis tue literas ea, qua decuit, benignitate recepimus sicut eius, quam consideratione paterne devocionis et nobilis viri comitis Henrici viri tui speciali caritate diligimus et volumus, in quibus salva conscientia possumus, exaudire. Ceterum quantumcunque tue velimus nobilitati deferre, L. clerico, qui indignatione tua sine causa rationabili gravissimas se asserit iniurias pertulisse, deesse in iusticia non valemus, nec causam ab eis possumus sine impedimento canonico revocare, quibus eam iam pridem commisimus terminandam. Non ergo minori affectioni deputes, quod tue non satisfacimus voluntati; sed divini amoris intuitu et proprie salutis obtentu ab ipsius clerici persecutione quiescas et restituas, que pravorum consilio mota iniuste fecisti auferri aut sub examine delegatorum iudicum, quod iusticia dictaverit, exequaris. Dat. Tusculani XV Kal. Iulii.

---

326. *Alexander III (archiepiscopo Bisuntino eiusque suffraganeis) mandat, ut quidquid ab Herberto quondam intruso vel aliis schismaticis contra fratres Cisterciensis statutum sit, in irritum revocent.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 870. fol. 145[b]. manu s. XVIII.

Alexander episcopus etc.[a] Cura[b] commissae nobis sollicitudinis 1180
nos hortatur profectibus ecclesiarum regulariter intendere et, ne Iun. 25.
quid in earum praeiudicium fiat, attenta sollicitudine providere. Quocirca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatinus, quidquid a dampnatae memoriae Herb(erto) quondam Bisuntino intruso vel ab aliis scismaticis contra fratres Cisterciensis ordinis vel alios catholicos viros statutum esse dinoscitur, in irritum appellatione proposita revocetis statuentes, ne ex hoc iustitia[c] eorum ullo possit tempore praepediri[d]; nos enim eum

[a] *Hic locus ita supplendus videtur:* servus servorum Dei venerabilibus fratribus Bisuntino archiepiscopo eiusque suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem. [b] cum *cod.* [c] iustitiam *cod.* [d] *in cod.* perpendiri *correctum ex* imperpendiri; *legendum videtur* praepediri *vel* impediri.

[1] Mariae, cf. supra ep. 308.

1180 Iun. 25. assensu charissimi in Christo filii nostri et illustrissimi Romanorum imperatoris[1], archiepiscoporum et episcoporum, qui praesentes erant, omnes concessiones, donationes et quaslibet alias alienationes a scismaticis[a] de rebus ecclesiasticis factas irritas esse decernimus viribusque cavere. Datum Tusculani VII Kal. Iulii.

---

327. *Alexander III episcopum Meldensem vituperat, quod in Matthaeum Trecensem, mandatum apostolicum de integranda Hervei praebenda executum, Philippum regem Francorum instigaverit. Ut a talibus iniuriis desistat, hortatur.*

Reg. Alex. fragm. ep. 26, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 117.

1180.[3] Meldensi episcopo.[2] Super inobedientia tua et contemptu mirari cogimur admodum et moveri, quia non solum preceptis apostolicis non obedis, sed adversus eos, qui obediunt, commoveris graviter et commovere principes non formidas. Que utique presumptio quanta debeat severitate retundi, nullus vel modicum discretus ignorat. Accepimus autem, quod, cum venerabilis frater noster Trecensis episcopus[4] in integratione dilecti filii nostri H(ervei) canonici tui preceptum fuisset apostolicum executus, adversus eum karissimum in Christo filium nostrum Philippum illustrem iuniorem Francorum regem[5] irrationabiliter concitasti, asserens per ipsum episcopum puero prebendam auferri, cui te dedisse ad interventum regium proponebas. Quoniam igitur ad penam iam dicte presumptionis, nisi destiteris, tanto fortius auctore Domino excitabimur, quanto amplius nosceris meruisse, patientia apostolice sedis abutens, per presentia tibi scripta mandamus, quatinus prefatum regem vel alios principes seculares adversus iam dictum episcopum vel alios viros ecclesiasticos commovere omnino desistas, attentius provisurus, ne de indignatione tua prefatus Her(veus) ullum iuris sui dispendium patiatur, sed ita potius eum pro reverentia beati Petri et nostra et consideratione venerabilis fratris nostri Prenestini episcopi[6] habeas commendatum, quod caritati tue multiplices propter hoc debeamus gratias agere et ipse tibi sicut patri deferre et obsequi fideliter teneatur.

[a] cismaticis *cod.*

[1] Friderici. [2] Simoni. [3] Nota, Berneredum Praenestinum, cuius successor mense Ianuario a. 1181 inter bullarum testes apparet, adhuc in vivis fuisse. [4] Matthaeus. [5] qui die 1 Nov. 1179 diademate regio ornatus est. [6] Berneredi.

328. *Alexander III Remensi archiepiscopo significat, Simonem Meldensem in Matthaeum Trecensem et Herveum canonicum, cuius praebenda ab eo integrata sit, Philippum Francorum regem instigasse; quem ut ab indignatione adversus illos revocet, mandat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 27, l. l. fol. 117[b].

Remensi archiepiscopo[1], sancte Sabine cardinali, apostolice 1180.
sedis legato. Cum frater noster Meldensis episcopus[2] litteras, quas pro dilecto filio nostro H(erveo) Meldensi canonico, clerico venerabilis fratris nostri Prenestini episcopi[3], integrando sepius miseramus, surdis auribus transivisset, videntes nos nichil proficere, quantumcunque cogentes litteras mitteremus, tandem venerabili fratri nostro Trecensi episcopo[4] dedimus in mandatis, ut beneficium prefati H(ervei) de dimidia, que fuerat Constantii succentoris, dilatione et appellatione remota[a] integraret. Cumque mandatum apostolicum vellet executioni mandare, prefatus Meldensis contra eum karissimum in Christo filium nostrum Philippum illustrem iuniorem Francorum regem iniqua suggestione commovit asserens, quod puero prebendam auferret, cui fuerat ad regium interventum donata. Potuisset autem de duabus, que vacabant preter illam, regie satisfacere voluntati, sed estimavit sic mandatum apostolicum commodius eludendum. Quia igitur non sunt primitie iste de regiis operibus offerende, cum viros ecclesiasticos ob reverentiam eius, cuius ministeria tractant, honorare debeat propensius et amare, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatum regem moneas attentius et inducas, ut indignationem, si quam adversus prefatum Trecensem vel H(erveum), qui non est dignus cesaris ira, concepit, benigne pro reverentia beati Petri et nostra remittat. Sic autem partes tuas sollicite interponas, quod studium tuum clareat in effectu et nos in te rectitudinis zelum possimus multipliciter commendare.

---

329. *Alexander III episcopo Trecensi gratias agit, quod Hervei canonici praebendam, episcopo Meldensi hoc facere differente, integraverit.*

[a] di et ap. *cod.;* remota *ipse addidi.*

[1] Willelmo. [2] Simon. [3] Berneredi. [4] Matthaeo, cf. supra ep. 322.

Mandat, curet, ut Herveus in possessionem praebendae corporalem inducatur neque duorum annorum redditibus defraudetur.

Reg. Alex. fragm. ep. 23, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 116.

1180 post Iul.[3] Trecensi episcopo[1] et dilecto filio abbati[2] sancti Victoris Parisiensi.[a] Cum pro integranda prebenda dilecti filii nostri H(ervei) Meldensis canonici, clerici quondam bone memorie B(erneredi) Prenestini episcopi, episcopo suo[4] sepius scripsissemus, quia mandatum nostrum noluit effectui mancipare, predictam integrationem tibi, frater episcope, commisimus adimplendam. Tu vero, quod gratum nobis admodum et acceptum existit, constanter mandatum apostolicum executus[b] prebendam eius de dimidia, que fuerat Constantii succentoris integrasti et nomine ipsius dilectos filios nostros R(oricum)[5] archidiaconum et G(uidonem)[5] canonicum Meldensis ecclesie investisti, sicut ad audientiam nostram iam pridem te significante pervenit. Unde quoniam incertus existit, an procuratores sui per dilectum filium nostrum M(ichaelem) decanum Meldensem fuerint in possessionem inducti, nos attendentes, non esse conveniens vel honestum, ut remissi circa provisionem eius quomodolibet videamur, cui fortius propter devotum obsequium, quod prefato Prenestino usque in obitus sui diem fideliter et prudenter impendit, adesse debemus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus prefato decano auctoritate nostra firmiter iniungatis, ut eum in possessionem corporalem prescripte dimidie, dilatione et appellatione cessante, inducat. Si vero decanus mandato vestro, immo nostro, parere, quod non credimus, forte distulerit, vos ipsum, contradictione et appellatione postposita, nullis litteris obstantibus, impleatis. Nolumus autem, ut pro eo, quod canonici Cagienses[6] de consuetudine habent, fructus prebendarum Meldensium vacantium primo anno[c] ...., predictus H(erveus) fructu prescripte dimidie biennio defraudetur, quia non est dicenda vacasse, cum ei nobis mandantibus est ablata, cui fuerat contra prohibitionem apostolicam assignata. Ceterum si ambo etc.[d]

[a] Parisien *c.* [b] exequtus *c.* [c] percipere *aut* sibi vindicare *aut tale verbum excidisse hoc loco patet.* [d] cf. epp. 375. 387 in fine.

[1] Matthaeo. [2] Guarino. [3] propter Berneredum Praenestinum, qui dicitur „bonae memoriae episcopus". [4] Simoni. [5] Vide supra ep. 323. [6] Cagia seu Chagia seu S. Maria in Cavea, abbatia ord. S. Aug. dioec. Meldensis.

330. *Alexander III Herveo canonico Meldensi praebendam ab episcopo Trecensi integratam confirmat ac privilegia quaedam asserit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 24, l. l. fol. 116[b].

Herveo Meldensi canonico. Sacrosancta etc. usque communi- 1180
mus.[a] Specialiter autem prebendam, quam habes in Meldensi ec- post Iul.
clesia de dimidia, que fuit Constantii succentoris, per venerabilem fratrem nostrum Matheum Trecensem episcopum de mandato apostolico integratam devotioni tue etc.; statuentes, ut sine manifesta et rationabili causa nullus in personam tuam sententiam excommunicationis vel suspensionis promulget. Preterea si te in aliquo gravari presenseris, libere tibi liceat sedem apostolicam appellare. Nulli ergo omnino hominum fas sit etc.

---

331. *Alexander III capitulo Meldensi Herveum canonicum commendat, cuius praebendam nuper a Matthaeo episcopo Trecensi integratam esse nuntiat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 25, l. l. fol. 116[b].

Decano et capitulo Meldensis aecclesiae. Quanto sincerius di- 1180
lectum filium nostrum H(erveum) concanonicum vestrum consideratione post Iul.
venerabilis fratris nostri B(erneredi) Prenestini episcopi, cui honeste satis noscitur deservire, et sue probitatis intuitu diligimus, tanto libentius commodis eius intendimus et gratius reputabimus, quod ei fuerit precum nostrarum obtentu collatum. Inde est, quod eum universitati vestre sollicite commendantes per apostolica scripta rogamus attentius et monemus[b], quatinus pro reverentia beati Petri et nostra et consideratione sui ipsius erga ipsum vos taliter habeatis, quod nostram sibi commendationem sentiat fructuosam et nos vestram devotionem experti vestris commodis et profectibus libentius et efficacius intendamus. Prohibemus autem, ne diminutionem aliquam prebende sue vel dimidie, quam prius habebat, aut eius, quam nuper de apostolico mandato per venerabilem fratrem nostrum Matheum Trecensem episcopum obtinuit, sustinere contra antiquam et rationabilem consuetudinem aecclesiae permittatis. Sane nolumus, ut pro eo quod canonici Cagienses etc.[c] Ad[d] hec, fili decane, presentium tibi auctoritate iniungimus, ut prefatum H(erveum) de

[a] *Integra huiusmodi formula exstat in ep. 286.* [b] *an* mandamus? *in cod. enim sic est:* p. a. s. ro. at. et m. q. [c] *cf. ep. 329.* [d] *Littera A per errorem a rubricatore rubro colore picta est, quia epistolam novam ibi incipere putabat.*

1180 post Iul. sepedicta dimidia succentoris, sicut ad tuum spectat officium, contradictione et appellatione remota non differas investire.

---

332. *Alexander III sorores Iotrenses rogat, ut Giloni clerico praebendam in ecclesia sua assignent.*

Reg. Alex. fragm. ep. 28, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 117[b].

1180. Abbatisse[1] et conventui Iotrensis monasterii. De provisione illorum, qui litteratura sunt et honestis moribus prediti, tanto nobis est attentius cogitandum, quanto de maiori possemus negligentia reprehendi, si eos clausis oculis transiremus, quos benigniori debemus oculo intueri. Inde est, quod dilectum filium nostrum Gilonem clericum litteratum, ut accepimus, et honestis moribus preditum universitati vestre sollicite commendantes per apostolica scripta rogamus affectuosius et mandamus, quatenus ei pro reverentia precum et mandati nostri et sue probitatis intuitu prebendam in ecclesia vestra misericorditer conferatis, itaque ad interventum nostrum stipendiis se gaudeat milicie clericalis ascriptum et nos universitatem vestram merito possimus de obedientia commendare. Pro certo quidem noveritis, quod sicut gratum reputabimus et acceptum, si preces apostolicas reverenter fueritis, ut credimus, executi, ita molestum nobis existet, si ad id necessarium fuerit vos compelli, quod prompta debetis efficere voluntate.

---

333. *Alexander III archiepiscopum et canonicos Turonenses rogat, ut magistro Theobaldo domum quandam vacantem concedant.*

Reg. Alex. fragm. ep. 29, l. l. fol. 118.

1180. Archiepiscopo[2], apostolice sedis legato, et dilectis filiis capitulo Turonensis ecclesie. Cum dilectus filius noster magister Teobaldus concanonicus vester domum sicut audivimus non habeat, in quam se possit recipere, necessitati eius in hac parte tanto sollicitius volumus providere, quanto indecentius reputamus, quod vir tante probitatis et nominis et qui est ecclesie vestre usque adeo necessarius, videtur mansione carere. Inde est, quod discretionem vestram rogamus, monemus atque mandamus[a], quatenus memorato

[a] *Sic supplevi codicis* d. v. ro. mo. atque ma.

Ascelinae. [2] Bartholomaeo.

T(eobaldo) domum, si qua in claustro ecclesie vestre nunc vacat 1180.
vel cum primo vacaverit, pro reverentia beati Petri et nostra et sue litterature ac probitatis intuitu, sicut de vobis confidimus, concedatis et liberaliter assignetis et ita preces et mandatum nostrum super hoc efficaciter admittatis, quod nos providentiam et devotionem vestram non inmerito commendare possimus et multiplici gratiarum prosequi actione, quia gratum nobis erit admodum et acceptum, si mancipatum fuerit effectui, quod mandamus, sicut per vos auctore Deo facile credimus effectui mancipandum.

---

334. *Alexander III canonicos Turonenses iam saepius admonitos, ut magistro Theobaldo domum quandam conferant, mandatum apostolicum adhuc contempsisse miratur; quod ut exequantur, districtius adhortatur.*

Reg. Alex. fragm. ep. 30, l. l. fol. 118[b].

Decano[1] et capitulo Turonensi. Attendentes merita dilecti filii 1180?
nostri magistri The(obaldi) concanonici vestri, propter que sine interventu nostro deberet a vobis propensius honorari, miramur plurimum et turbamur, quod, cum a nobis sepius acceperitis in mandatis, ut ei domum, si qua vacaret vel cum primo vacare contingeret, conferretis, mandatum exequi apostolicum neglexistis. Sperabamus autem, quod, si rem grandem diceremus, facere deberetis; hec contra spem priorem cogimur estimare, dum in eo mandatum nostrum negligitur, quod sine mandato libenter deberet ac celeriter adimpleri. Quia igitur in executione precum nostrarum, necdum precepti, non decet vos remissos existere, ne in mensura, qua[a] mensi fueritis, remetiatur et vobis[2], cum a sede apostolica duxeritis aliquid postulandum, universitatem vestram per presentia scripta monemus, mandamus et[b] districte praecipimus, quatinus domum quondam Trecensis episcopi, quam vacare accepimus cum orto adiacenti prefato The(obaldo) pro reverentia precepti nostri et consideratione sui ipsius, cuius sponte debetis commodis providere, contradictione, dilatione et appellatione postposita, conferatis, provisuri attentius, ut ita mandatum apostolicum benignius exequamini, quod littere nostre vel nunc debitum sortiantur effectum et nos contemptus priorum obliti preces vestras propter hoc non debeamus difficilius exaudire. Quia vero duritiam quorundam in propria vexatione expertus pre-

[a] qua *bis in cod.* [b] et *addidi.*

[1] Hugoni, germano Bartholomaei archiepiscopi. [2] Lucas 6, 38.

1180? cepti nostri efficatiam et sue peticionis eventum in scolis expectare potius quam reverti ad presens proposuit, auctoritate apostolica inhibemus, ne fructibus prebende sue interim aliquatenus defraudetur, litteris nostris non obstantibus, si que contra harum tenorem malignitate quorumlibet apparuerint impetrate.

---

335. *Alexander III (a canonicis Turonensibus?) praebendam per biennium rogat pro magistro Theobaldo, qui, ut in scholis theologiae docendae causa remaneret, ultra facultates pecuniam mutuari debuerit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 31, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 118[b].

1180? Iustis peticionibus grato nos convenit favore concurrere et eas tanto benignius, quanto honestius porriguntur, effectui mancipare. Dilectus autem filius noster magister The(obaldus) supplici relatione suum nobis exposuit commorandi in scolis desiderium illius scientie gratia potissimum, que ecclesie Dei non minus necessaria quam utilis existit, adiciens se ad hoc pene ultra vires facultatis sue certam pecunie summam mutuo accepisse. Inde est, quod universitatem vestram affectuose rogantes monemus, quatenus eidem tamquam fratri et canonico vestro, presertim de quo in Domino spes uberioris scientie presumitur in scolis, prebendam per biennium dumtaxat pro reverentia Romane ecclesie et precum nostrarum consideratione concedatis; ita ut et ipse vobis devotior existere teneatur et nos exinde tam[a] vestris quam ecclesie vestre[b] utilitatibus promptius et sollicitius[c] aspirare debeamus.

---

336. *Alexander III archiepiscopum Eboracensem hortatur, ut fratres Giseburnenses redditibus ecclesiae Burnensis ea, qua adhuc consuerunt, libertate frui sinat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 33, l. l. fol. 120.

1180? Eboracensi archiepiscopo[1], apostolice sedis legato. Significantibus nobis dilectis filiis nostris priore et fratribus de Giseburne[d] auribus nostris insonuit, quod cum temporibus bone memorie T(urstani), Henr(ici), W(illelmi) antecessorum tuorum et tui ipsius usque

[a] *in cod.* tanquam, *cui superscriptum est* vestris. [b] nre *cod.* [c] sollicius *c.* [d] Giseburñ *c.*

[1] Rogero.

ad moderna tempora beneficia ecclesie de Burne[a] soliti fuerint cum 1180?
integritate percipere, de mandato nostro personam tibi ad eam, ut videbatur, idoneam presentarunt, XV marcarum pensionem eidem in annuis redditibus assignantes; quam sicut asserunt ad eorum presentationem benigne, sicut visum est, recepisti, sed illis ignorantibus coram familiaribus tuis in tota ecclesia pro tue voluntatis arbitrio statuisti, in quo idem prior et fratres gravem domui sue iacturam conqueruntur inferri. Quoniam igitur non decet te viros religiosos in suo iure gravare, quos ex debito pastoralis officii et legatione apostolice sedis, qua fungeris, in sua teneris iusticia confovere, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus fructus prescripte ecclesie et aliarum ecclesiarum suarum permittas memoratos fratres in ea libertate percipere, in qua temporibus predecessorum tuorum et tui ipsius usque ad moderna tempora et presentationem eiusdem persone habuisse noscuntur. Ad hec caritatem tuam rogamus attentius et hortamur, ut memoratam domum divini amoris intuitu et nostrarum precum obtentu habeas specialiter commendatam et, a gravamine predictorum fratrum desistens, motum, si quem in eos conceperas, post iram misericordie recordatus indulgeas, ita quod a Deo premium indeficiens et a nobis competentes valeas gratias expectare atque nos in tuis peticionibus admittendis faciliores debeas in subsequentibus invenire.

337. *Alexander III fratres Giseburnenses excommunicari vel eorum ecclesiam interdici vetat; cet.*

Reg. Alex. fragm. ep. 34, l. l. fol. 120[b].

Priori et fratribus de Giseburne.[b] Iustis postulacionibus reli- 1180?
giosorum virorum assensum nos convenit facilem indulgere, ut tanto citius eorum preces optatum[c] sortiantur effectum, quanto per eos Domino gracius obsequium exhibetur. Hac itaque ratione inducti et vestris iustis postulationibus inclinati auctoritate apostolica prohibemus, ut nulli omnino liceat in vos vel ecclesiam vestram absque manifesta et rationabili causa excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare. Ad hec auctoritate vobis apostolica indulgemus, ut in causis ecclesie vestre fratres eiusdem domus, si canonica eis non obviaverint instituta, ad testimonium sine contradictione qualibet admittantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre prohibitionis et constitutionis infringere, etc.

[a] Burn̄ *c.* [b] Giseburn̄ *c.* [c] obtatum *c.*

338. *Alexander III magistro Oddoni Bituricensi cancellariam asserit prohibetque, ne quis in villa Bituricensi doctoris officium audeat exercere, nisi prius ab ipso licentiam expetierit.*

Bibl. nat. Paris. Chartul. Bituric. s. XIII. ms. lat. nouv. acqu. 1274. fol. 17.

1159–81. Alexander etc.[a] dilecto filio magistro Od(oni) cancellario Bituricensi salutem etc.[a] Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu cancellariam Bituricensem, sicut eam iuste et pacifice possides, in ea libertate, in qua ipsam antecessores tui habuisse noscuntur, devotioni tue auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Ad hec auctoritate praesentium inhibemus, ne quis doctoris officium in villa Bituricensi, nisi a te prius licentia fuerit expetita, qualibet levitate audeat exercere, ita tamen ut ab his, qui docere vel legere voluerint, nullum omnino precium exigatur. Hoc quidem modo volumus provideri, ut nec idoneis licentia denegetur nec indoctis et incompositis fas sit ad docendos alios aspirare. Nulli ergo omnino hominum liceat etc.[b]

---

339. *Alexander III prohibet, ne scholae Bituricenses vendantur neve quis sine licentia Odonis archischoli in urbe vel suburbiis „legere" audeat.*

Bibl. nat. Paris. Chartul. Bituric. s. XIII. ms. lat. nouv. acqu. 1274. fol. 18.

1159–81. Alexander etc.[c] Odoni archiscolo[d] Bituricensi. Si quando postulatur a nobis, quod rationi conveniat et consonet honestati, petentium desideriis clementius nos convenit condescendere et eorum vota effectu prosequente complere. Tuis itaque petitionibus annuentes et prosequentes officii nostri debitum, auctoritate apostolica prohibemus, ne tu vel quilibet alius scolas Bituricenses audeat vendere nec alicui liceat sine licentia tua vel successorum tuorum, dummodo scole non vendantur, in urbe vel suburbiis legere, nisi forte aliquis canonicorum alicuius ecclesiae Bituricensis concanonicis suis aut clericis de choro ipsius ecclesiae tantum legere voluerit. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam etc.[b]

[a] *sic cod.* [b] *sic cod.; cetera desunt.* [c] *sic cod.* [d] archicole *c.*

340. *Alexander III transactionem a Iohanne Cumin inter fratres Lirenses et canonicos Wibernenses factam confirmat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 63 fol. 3, manu Baluzii.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati 1159–81.
et fratribus Lirensis monasterii salutem et apostolicam benedictionem. Ea, quae nostri auctoritate mandati iudicio vel concordia finiuntur et pro bono pacis et concordiae rationabiliter statuuntur, firma debent et inconvulsa consistere et, ne in irritum deducantur, ea convenit auctoritate apostolica communiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, petitioni vestrae annuentes, transactionem inter vos et ecclesiam de Wiberna super decimis de Sapewic et de Hingest initam, sicut de conniventia clericorum eiusdem ecclesiae mediante Iohanne Cumin[1], ipsius ecclesiae persona, facta est, devotioni vestrae auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum etc.[a]

---

341. *Alexander III fratres Bellae-vallis decimas solvere non teneri vult, nisi litterae a sede apostolica impetratae mentionem ordinis Cisterciensis faciant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 870 fol. 146[b]. manu s. XVIII.

Alexander episcopus etc.[b] Cum ordinem Cisterciensem pro- 1171–81
fessi eo privilegio quo fratres alii gaudeatis inter vos et clericos Mai 25.
seculares praepositosque quosdam regulares super decimis quoque subortà tacitaque litis Cisterciensis ordinis[c] contra vos velut monachos alterius ordinis litteras a sede apostolica impetrantes domos vestras litigiis, sicut significantibus vobis accepimus, et expensis difficilibus inquietant; volentes igitur sollicite providere, ne contra tenorem privilegiorum nostrorum possitis qualibet temeritate vexari, auctoritate vobis apostolica indulgemus, ut si contra vos super decimis vel aliis, quae ordini vestro apostolica sedes indulsit, non facta mentione Cisterciensis ordinis litterae fuerint a sede apostolica impetratae, eis minime teneamini respondere. Datum Tusculani VIII Kal. Iunii.

[a] *sic desinit in cod.* [b] *Supplendum videtur:* servus servorum Dei dilectis filiis abbati et fratribus monasterii Bellae-vallis salutem et apost. benedictionem. [c] *Initium epistolae mirum in modum corruptum est.*

[1] Qui anno 1182 archiepiscopus Dublinensis factus est.

342. *Alexander III fratribus quibusdam interdicit, ne iuxta grangias monasterii Bellae-vallis grangias vel mansiones ita e vicino construant, ut fratrum religio turbari possit.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 870. fol. 146[b], manu s. XVIII.

1171–81 Mai 31. Alexander episcopus etc.[a] Quanto dilecti filii nostri abbas et fratres Bellevallis altius divinis sunt obsequiis mancipati, tanto studiosius ab ipsorum debetis iniuriis et molestiis abstinere. Reprehensibile[a] quidem vobis est, qui religionem estis Domino inspirante professi, religiosos alios infestare, quos debetis sicut fratres Christi visceribus amplexari. Accepimus autem, quod infra dimidiam leugam a grangiis eorum grangias construxistis, de quibus eis gravamina inferuntur et inter vos et ipsos frequentes lites emergunt. Quia igitur illius evangelii memores debetis semper existere, *quod tibi non vis aliis ne feceris*[1], ut factores sitis verbi et non auditores tantum, ne viro consideranti vultum nativitatis suae in speculo comparemini, universitati vestrae auctoritate apostolica prohibemus, ne ita e vicino grangiis eorum grangias vel mansiones alias, quibus[b] ipsorum religio turbari valeat. ulterius construatis, scientes[c] quod, si prohibitioni nostrae praesumpseritis[d], quod non credimus, contravenire, praedictorum fratrum gravamen incorrectum[e] auctore Domino minime relinquemus.[f] Datum Tusculani II Kal. Iunii.

---

343. *Alexander III archiepiscopis et episcopis, in quorum dioecesibus Maius-monasterium ecclesias possideat, praecipit, ut personas a fratribus praesentatas in eorum ecclesiis instituere non differant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879. fol. 150[b]. Descripsit Martene ex autographo.

1171–81 Iun. 3. Alexander episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus, in quorum dioecesibus Maioris monasterii fratres ecclesias habere noscuntur, salutem et apostolicam benedictionem. Si professionem officii vestri et locum, cuius ministerium geritis, attendatis, ab his propensius abstinere debetis, quibus Deum offendere et honestati vestrae videmini derogare. Significantibus namque dilectis filiis nostris abbate[2] et fratribus Maioris monasterii ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod, cum ecclesias ipsorum vacare con-

[a] reprehensibilis *c*. [b] unius *c*. [c] scitis *c*. [d] praesumpsitis *c*. [e] correctum *c*. [f] relinquimus *c*.

[1] Iacob. 22, 55. [2] Hervaeo.

tingit, personas, quas iidem fratres ad easdem vobis praesentant, 1171–81
causam nullam rationabilem opponentes, retardatis admittere, ut Iun. 3.
ipsarum proventus in usus proprios convertatis. Unde quoniam, si verum est quod asseritur, vobis expedit huiusmodi lucrum refugere, quod de radice videtur avaritiae provenire, universitatem vestram per apostolica scripta monemus attentius et mandamus, quatenus personas, quas praenominati fratres ad praelibatas ecclesias praesentaverint, nisi aliquid in eis fuerit, quod canonicae obviet honestati[a], recipere nullatenus omittatis. Quod si forte malitiose distuleritis, volumus et mandamus, ut proventus earundem, salvis necessariis expensis, a personis . . . . .[b] fratrum consilio positis instituendorum presbyterorum usibus reserventur. Datum Tusculani III Nonas Iunii.

---

344. *Alexander III Senonensi archiepiscopo mandat, curet, ut archidiacono Meldensi de illatis iniuriis iusticia exhibeatur, cet.*

Reg. Alex. fragm. ep. 65, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 128[b].

Senonensi archiepiscopo.[1] Quoniam dilectus filius noster R. 1178–81.
Meldensis archidiaconus adversus venerabilem fratrem nostrum Meldensem episcopum[2], cantorem, fratrem eius Teobaldum, militem de Crispeio, multas querelas proponit, de quibus sibi a nobis petiit iusticiam exiberi, nos eidem archidiacono nolentes in suo iure deesse, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus prefatas personas memorato archidiacono illata dampna resarcire et de illatis iniuriis congrue satisfacere vel coram te iusticiam exibere dilatione et appellatione cessante compellas. Eos autem, quos tibi idem archidiaconus nominaverit, moneas propensius et inducas, ut amore iusticie coram te perhibeant testimonium veritati. Si autem pro favore vel amore veritatem dicere noluerint, ipsos ad eam proferendam moneas et auctoritate nostra, appellatione remota, districte compellas. Ad hec ex assertione ipsius archidiaconi accepimus, quod memoratus episcopus sepe fatum militem ab excommunicatione et terram suam interdicto post appellationem ad nos factam absolvit. Quia vero rei veritas nobis non constat et officio nostro convenit, ea, que inordinate fiunt, provida maturitate corrigere, nihilominus tibi presentium auctoritate iniun-

[a] honestatis *c.* [b] *lacuna trium vel quatuor verborum.*

[1] Guidoni. [2] Simonem.

1178–81. gimus, ut rei veritate plenius inquisita, si ita esse inveneris, et memoratum militem in sententiam reducas priorem et predictum episcopum pro tanto excessu punias et castiges et nobis rei significes veritatem, ut nos ipsum, prout dignum fuerit, punire possimus.

---

345. *Alexander III Turonensi archiepiscopo et Cenomanensi episcopo scribit, sese litteras, contra G. magistrum a laico quodam falsa suggestione impetratas, irritas denuntiare. — Mandat, ut sententiam ab ipsis latam firmiter observari faciant.*

Reg. Alex. fragm. ep. 66. 67, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 128[b].

1178–81. Turonensi archiepiscopo[1], apostolice sedis legato, et Cenomannensi episcopo.[2] Significatum est nobis, quod, cum magister G. sententiam a vobis de mandato nostro latam auctoritate peteret apostolica confirmari, quidam laicus se nuntium partis adverse proponens confirmationem ipsam studuit impedire. Cum autem dilecti filii nostri M(athaeus) tituli sancti Marcelli presbyter et G(ratianus) sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinales de mandato nostro utramque partem audissent, prefatus laicus, presente et ignorante magistro G., super eodem negotio falsa suggestione litteras impetravit, cum quibus, adversario suo apud nos remanente, dicitur ad propria remeasse. Quia igitur nulli debet ex fraude sua utilitas provenire, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si vobis vel aliis litteras nostras nisi communiter impetratas predictus laicus aut alius pro adversa parte super eodem negotio presentaverit, auctoritate apostolica decernatis effectu carere nec per illas partem . . .[a] patiamini aliquatenus fatigari.

Quia[b] ea volumus inconcussa manere, que de nostra commissione concordia vel iudicio terminantur, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus[c], quatinus sententiam, quam[d], sicut rationabiliter lata est, ratam et firmam habemus, faciatis firmiter observari. Si enim acta iterum agerentur, nunquam esset litium finis, sed inter fideles Christi assidue contentiones extinguerent caritatem.

[a] *sigla hoc loco posita est, quam non intellego; interpretanda videtur* adversam *vel tali modo.* [b] Quia — caritatem *ex aliis litteris de eadem re ad eosdem praelatos destinatis sumpta esse arbitror.* [c] mandamus *addidi.* [d] quam *addidi.*

[1] Bartholomaeo. [2] Willelmo.

346. *Alexander III Cenomanensi episcopo negotium dat, moneat Matthaeum de Belveir, ut Mariae, quondam uxori Iohannis Borgon, debitam pecuniam exsolvat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 68, l. l. fol. 129.

Cenomannensi episcopo.[1] Querela Andree de Viano et Marie 1178–81.
uxoris eius ad nos transmissa pervenit, quod Matheus de Belveir quadraginta libras de elemosina Iohannis Borgon, viri quondam predicte Marie, contra iusticiam detinet, cum ad earum solutionem interpositione fidei teneatur. Unde quoniam periculosum est, cuiquam fidem mentiri, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si res ita se habet, prefatum M(atheum) et fideiussores ipsius ad solvendam pecuniam pretaxatam non differas districtius commonere. Ceterum si monitis tuis acquiescere forte noluerint, eos sublato appellationis obstaculo ecclesiastica censura percellas, quam usque ad satisfactionem congruam facias inviolabiliter observari.

---

347. *Alexander III Cantuariensi archiepiscopo mandat, ut Herberto de Boseham, theologiae instruendae vacare cupienti, redditus triennio in scholis conferri faciat.*

Reg. Alex. fragm. ep. 69, l. l. fol. 129.

Cantuariensi archiepiscopo[2], apostolice sedis legato. Cum di- 1178–81.
lectus filius noster magister H(erbertus) de Boseham de suo et aliorum profectu sollicitus vacare desideret auditoribus in theologie scientia instruendis, dignum est, ut propositum eius benigno prosequamur affectu et ad ipsum implendum favorem et auxilium impendamus. Inde est, quod fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ei redditus suos triennio in scolis pro reverentia mandati nostri et consideratione sui ipsius facias contradictione et appellatione remota cum integritate conferri, ita quod litteras nostras sibi profuisse letetur et nos caritatem tuam merito possimus, cum audierimus, commendare.

---

348. *Alexander III episcopo Wigorniensi et abbati Eveshamensi mandat, ut clericos quosdam decano de N. possessiones iniuste detentas*

[1] Willelmo. [2] Riccardo.

restituere iubeant. Qui si appellaverint, utramque partem ad sese accedere vult.

Reg. Alex. fragm. ep. 70, in cod. Coll. Trinitat. Cantabrig. R. 9. 17. s. XII. fol. 129[b].

1178–81. Vigorniensi episcopo[1] et dilecto filio abbati[2] de Evesham. Significavit nobis dilectus filius noster W. de Luci, decanus de N., quod cum villa de Ludelega et terra W. de Fonte et quedam possessiones alie ad decanatum suum tanquam partes pertineant, in evidens dampnum et detrimentum eiusdem decanatus sine assensu capituli sui distracte sunt, quarum quasdam, videlicet villam de Ludelega et terram W. de Fonte W. clericus et alias possessiones Hel(ias) clericus contra voluntatem prefati decani detinere presumunt.[a] Inde est, quod dilectioni[b] vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatos clericos moneatis attentius et apostolica auctoritate cogatis, ut supradicto decano prescriptas possessiones cum fructibus ex ipsis perceptis sine difficultate restituant et in pace dimittant aut ei super his sub examine vestro iusticie non differant plenitudinem exibere. Si qua vero partium duxerit appellandum, vos rationes et allegationes nihilominus audiatis, testes appellatione cessante recipientes, eorum attestationes redigatis in scriptis et prefigatis utrique parti terminum competentem, quo cum ipsis attestationibus et allegationibus apostolico se conspectui representent.

---

349. *Lucius III[3] capitulo Meldensi significat, nuntiatum sibi esse, Hervei canonici integratum beneficium non esse sufficiens, ut ecclesiae suae decenter servire possit.*

Reg. Alex. fragm. ep. 45, l. l. fol. 123.

1181? Decano[4] et capitulo Meldensi. Quanto specialius dilectum filium nostrum Her(veum) concanonicum vestrum, olim clericum felicis memorie B(ernerdi) Prenestini episcopi, ob recordationem ipsius et sue probitatis obtentu diligimus, tanto attentius commodis eius debemus et volumus providere. Cum enim ad instantiam sancte memorie A(lexandri) pape predecessoris nostri eius fuit beneficium

[a] praesumit *c.* [b] *aut* discretioni, *in cod. enim est* d. v.

[1] Rogerio 1164—1179 sive Balduino 1179—1184. [2] Adamo. [3] Epistolam hanc, licet in Alexandrini Registri fragmento nobis asservata sit, a Lucio III auctore profectam esse, argumentum affatim probat. In margine Regestorum Alexandri III originalium eam aliis epistolis de causa Meldensi agentibus (epp. 311 sq.) appositam esse arbitror. [4] Michaeli.

integratum, verecundum nobis et molestum existit, quod sicut acce- 1181?
pimus nondum habet, ubi caput reclinet et ecclesie impendat debitum famulatum. Inde est, quod universitatem vestram per apostolica scripta rogamus attentius et monemus, quatenus eidem Her(veo), quam primo valebitis, pro reverentia precum et mandati nostri et consideratione sui ipsius, contradictione et appellatione postposita, hilariter assignetis, solliciter provisuri, ut ita preces apostolicas admittatis, quod nos vestram in hac parte devotionem experti peticiones, quas duxeritis porrigendas, celerius propter hoc et utilius admittamus.

---

350. *Lucius III in fundo ecclesiae S. Mariae Magdalenae Vesontionensis domum hospitalem construi permittit, in qua Romam aut Hierosolymam peregrinantes recipiantur.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 876. fol. 20. s. xviii.

Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis canonicis 1182
sanctae Mariae Magdalenae Bisuntinae salutem et apostolicam bene- Mai 20.
dictionem. Cum ecclesia vestra magnam sicut accepimus in publica strata parochiam habeat, nec in ea sit ad quod transeuntes divertere valeant hospitale, domum quandam ad receptionem transeuntium facere decrevistis, ut in ea hii, qui Romam veniunt aut ad Ierosolimitanas partes accedunt, grata subsidia recipiant caritatis. Unde quia super hoc auctoritatem nostram requiritis et assensum, nos vobis tanto libentius sicut debemus annuimus, quanto propositum vestrum utpote pium satis et commendabile sollicitius convenit promoveri. Vestris itaque postulationibus annuentes praesentibus vobis litteris indulgemus, ut infra parochiam in proprio fundo ecclesiae vestrae hospitalem domum, sicut dictum est, construendi, nullius contradictione vel appellatione obstante, habeatis auctoritate nostra liberam facultatem. Datum Velletri 13 Kal. Iunii.

---

351. *Lucius III abbates ordinis Cisterciensis apud Cistercium congregatos ad observandam disciplinam adhortatur. Rogat, orent pro se ipso „per manum b. Bernardi abbatis Claraevallensis in eorum fraternitate recepto.“*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. fol. 213. manu s. xvii.

Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Cisterciensi 1182
et aliis abbatibus eiusdem ordinis apud Cistercium congregatis sa- Iul. 15.

1182 lutem et apostolicam benedictionem. Non immerito gaudii pleni-
Iul. 15. tudo nobis exuberat, quoniam illud evangelicum granum frumenti, quod mortuum cadens in terram multum fructum attulit[1], in vobis ita fructificat, quod ab Oriente in Occidentem per venerabilia vestri ordinis instituta sacra religio propagatur et per mortificationem corporum quanto maior, tanto Deo acceptior fructus provenit animarum. Ille siquidem vos elegit de mundo, ipso mundo iam in maligna prolapso, et[a], iustitia deficiente in aliis, sacrum ordinem, quo ad comprehendendum aeternae beatitudinis bravium, caducis et transitoriis rebus, ut vestrae devotionis intentio per nullum offendiculum valeat impediri, reiectis, currere et servire Domino statuistis, ad commune remedium suscitavit, quia, dum in fame, siti, frigore ac nuditate carnales concupiscentias et antiquum humani generis inimicum debellare contenditis, non solum vestris animabus requiem praeparatis, sed aliis etiam ad tenendam viam vitae praeparatis exempla, ut homines opera vestra bona videntes glorificent patrem vestrum, qui in coelis est, et de vestrae perfectionis plenitudine et religionis fonte bibentes terrena despiciant et tollentes crucem suam per vestigia vestra Dominum in carnis mortificatione sequantur. Licet autem suavi vestri religionis odore referti, vos et totum ordinem olim etiam, dum in minori essemus officio, fuimus amplexati, hoc tamen tempore, quanto ad hoc ex maiori officio sumus adstricti, maiori universitatem vestram affectione complectimur et ei, qui corda vestra visitationis suae gratia illustravit, in magna cordis exultatione gratias exhibentes totius cordis affectibus exoramus, ut congregatio vestra spiritu sancto cooperante collecta hostili nullatenus incursione turbetur. Sed ipse, qui vos tamquam electos operarios ad suam vocavit vineam excolendam, actiones vestras adspirando praeveniat, et quod in vobis dignatus est operari, uberiori benedictione confirmet et vos ea sola velle ac perficere sine intermissione concedat, per quae et venustas ordinis incontaminata servetur et vos secure possitis aeternae beatitudinis denarium exspectare. Quamvis igitur sine dubitatione credamus, quod ille, qui dixit: „Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi“[2], corda vestra possideat, et vos . . . . . suorum delectationibus mandatorum, quia tamen aura flante ferventior ignis efficitur, universitatem vestram per apostolica scripta monemus attentius et exhortamur in Domino, quatenus digne ambulare curetis

[a] ut *c*.

[1] Cf. Iohann. 12, 24. [2] Matth. 28, 20.

vocatione, qua vocati estis, et prae oculis semper habeatis, quod 1182
scriptum est[1]: „Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit“, Iul. 15.
bonum operantes non deficiatis, sed de virtute in virtutem totius constantiae spiritu adscendentes ad ordinis observantiam fortius intendatis et considerantes, quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis, in spe coronae, quam exspectabat apostolus dicens: „Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, de reliquo reposita est mihi corona iustitiae.“[2] Asperitatem ordinis, sicut laudabiliter incoepistis, per brevis et transitoriae vitae spatium patienter et sine murmuratione portetis, medici more per amarum poculum ad dulcedinem salutis aeternae auxiliante Domino perventuri. Nos autem ad profectum ordinis et temporales molestias amovend(as), quantum Dominus donare dignabitur, tota cura paternae sollicitudinis volumus semper adesse. Ad haec caritatem vestram rogamus attentius et quanta possumus instantia commonemus, ut in orationibus vestris, quae Dei auribus dignae et acceptae creduntur existere, nostri sine intermissione memoriam faciatis, ut ille, qui nos[a] licet indig(nos) ad officium apostolatus elegit, commissum nobis officium ad nostram et aliorum salutem fidelium convenienter implere et coelestis beatitudinis faciat nos[b] esse consortes. Cum enim iam pridem per manum beati Bernardi, Claraevallensis abbatis, in vestra fuerimus fraternitate recepti et tantum nobis quantum uni de fratribus fuerit tam in vita quam in morte concessum, confidimus et speramus, quod praeter commune debitum, quo nobis estis adstricti ratione officii, postquam nos audieritis vocante Domino de praesenti vita migrasse, ampliora vestrarum orationum beneficia sentiemus. Dat.[c] Velletri[d] Id. Iulii.

---

352. *Lucius III Compostellano archiepiscopo ac Legionensi et Burgensi episcopis mandat, cogant homines quosdam de Maiorca, ut fratribus Bolbonensibus de illatis iniuriis satisfaciant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Doat 83. fol. 135. cop. a. 1669.

Lucius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus 1182
P(etro) Compostellanensi archiepiscopo, Legionensi[3], Burgensi[4] epi- Nov. 7.

[a] nos *addidi.* [b] nos *addidi.* [c] Dat. *ipse addidi.* [d] Vellem *c.*

[1] Matth. 10, 22. [2] 2 Timoth. 4, 7. [3] Manrico. [4] Martino.

1182 Nov. 7. scopis salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens peccatis exigentibus iniquorum hominum insolentia in tantum praesumit, quod loca divino cultui deputata destruere vel incendio concremare minime pertimescit, sacerdotalis auctoritas debet adesse et in eos est vigor canonum exercendus, ut damnanda temeritas reprimatur et ecclesiarum status valeat conservari. Ad audientiam siquidem apostolatus nostri dilectus filius noster abbas Bolboniae ordinis Cisterciensis lacrimabilem et miserandam querimoniam destinavit, quod homines de Maiorca in regno et potestate carissimi in Christo filii nostri illustris regis Hispaniae[1] consistentes abbatiam S. Laurentii, in qua praedicti ordinis quam plures personae, monachi scilicet et conventus, si suum Domino devote studebant iugiter impendere famulatum, instinctu diabolico pro suae voluntatis arbitrio destruere praesumpserunt. Tempore namque, quo sacratissimae passionis domini nostri Ihesu Christi memoria celebratur, praedicti malefactores exeuntes de villa superius memorata unam grangiam iam dicti monasterii combusserunt, pessimae malitiae, quam conceperant[a], initium dampnabile tribuentes; cum vero praedicti monasterii monachi audissent grangiam praefatam esse combustam, in omni humilitate orationibus insistentes, sacris etiam vestibus induti obviam iam dictis malefactoribus processerunt, qui ad evertendam funditus abbatiam crudeliter festinabant. Verum iam dicti malefactores nec dominum[b] nec hominem reverentes cum ad monasterium pervenissent, tamquam furibundi ecclesiam intraverunt et usque adeo se inhumaniter habuerunt, quod certum est, eos atrocitatem infidelium excesisse. Quoniam[c] igitur laicorum temeritas, quae in bona ecclesiarum tam pertinaciter debachatur, censura est ecclesiastica punienda, fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus et districte praecipimus, quatinus, si res ita se habet, omni gratia et timore postposito praefatos malefactores de tam gravibus et iniquis excessibus Deo primum et abbati et monachis supradicti monasterii satisfactionem congruam exhibere et de[d] cetero ab ipsius loci molestatione desistere diligentius moneatis et studiosius inducatis, alioquin eos canonica severitate percellere minime desistatis, nec sententiam nisi, congrue satisfecerint, relaxetis. Datum Velletri[e] septimo Idus Novembris.

[a] *Sic scribit Bresslau pro* combustam pessimae malitiae, quo conceperat, *cod.* [b] *cod.* domum *cum correctura* [c] Quam *c.* [d] de *deest in cod.* [e] Velleti *c.*

[1] Alphonsi VIII.

353. *Lucius III fratribus Bellae-vallis permittit, ut dominos de Rocha, e gente fundatorum monasterii, nisi forte excommunicati sint, in monasterio sepeliant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 870. fol. 150. manu s. xviii.

Lucius episcopus etc.[a1] Relationis vestrae tenore comperimus, quod nobiles viri domini de Rocha de genere illorum, qui vestrum pia intentione monasterium fundaverunt, pro sua et eorundem antecessorum suorum devotione ac religione vestra apud vos desiderant sepeliri. Volentes ergo devotionem ipsorum apostolicae auctoritatis favore iuvare et iustis postulationibus vestris benignum praebere consensum, praesentibus vobis litteris indulgemus, ut, si praefati viri viventes apud vos elegerint sepulturam, nullus eorum voluntati obsistat et eos[b] ipsos, sive vivi sive mortui deferantur, nisi excommunicati aut interdicti fuerint, cristianae possitis sine contradictione tradere sepulturae, salva tamen canonica iustitia illarum ecclesiarum, quarum parochiani extitisse noscuntur. Datum Velletri VI Kal. Decembris. 1182 Nov. 26.

---

354. *Lucius III Rogero episcopo Laudunensi permittit, ut septem praebendis, a b. mem. Bartholomaeo institutis, quinque adiungat.*

Autogr. in tab. nat. Paris. L. 232 n. 6.

Lucius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Rogero Laudunensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Relatum est nobis ex parte tua, quod bone memorie Bartholomeus predecessor tuus attendens, quod canonici ecclesie tue non possent sine magna difficultate ad sacerdotium recipiendum induci, septem prebendas in eadem ecclesia statuit sacerdotibus semper et non aliis assignandas. Tu autem salubribus vestigiis eius inherens desideras adhuc quinque adicere, ut sint duodecim in ecclesia ipsa prebendae, que semper sacerdotibus et non aliis conferantur. Nos itaque considerantes, quod, cum plus quam octoginta sint ecclesie eiusdem canonici, non est magnum, si semper duodecim fuerint ad sacrificandum Domino hostiam laudis in sacerdotali ordine constituti, predecessoris tui factum auctoritate apostolica confirmamus et, ut propositum tuum nullius contradictione vel appellatione obstante adimpleas, liberam tibi concedimus auctoritate apostolica facultatem. Datum Velletri XIIII Kalend. Aprilis. 1182–83 Mart. 19.

[a] *sic cod.* [b] vos *c.*

[1] Litterae monachis Bellae-vallis, dioec. Vesont., directae videntur.

355. *Lucius III prohibet, ne in ecclesiis monasterii de Blanca Landa filii sacerdotum post patres proximo ministrent.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 58 fol. 210. manu s. XVII.

1182–83 Mart. 28. Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Petro et conventui S. Nicolai de Blanca Landa salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam apostolatus nostri quorundam relatione pervenit, quod, cum de prava consuetudine patriae sint pene omnes presbyteri uxorati et filios habeant, hi, qui vestris ecclesiis serviunt, si filios ecclesias, in quibus patres ministrant, post eos quasi iure hereditario non permittitis possidere, cum archidiaconis vel aliis personis secularibus colludium ineunt aut per laicalem potentiam eas obtinere contendunt et vos fraudare iniquis machinationibus moliuntur. Quoniam igitur in ecclesiis successionem aut beneficiis ecclesiasticis constitutio canonica detestatur, sub interminatione anathematis prohibemus, filios sacerdotum in ecclesiis vestris post patres proximo ministrare, nisi forte aliquis fuerit, circa quem propter scientiam vel vitae praerogativam dispensandum merito videatur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae prohibitionis infringere vel ausu ei temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et bb. Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Velletri V Kl. April.

---

356. *Lucius III abbati Meslagileburiensi et priori de Kelzei mandat, ut abbatem de Wartria deponant, nisi probaverit, sese non scienter falsis litteris apostolicis usum esse.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 219[b]. Scripsit Martene.

1182–83 Mai 11. Lucius papa III abbati de Meslagileburii et priori de Kelzei. Dilectorum filiorum nostrorum de Vechiis et de Tornot abbatum et prioris[a] de Tornesberi litteras, in quibus eorum sigilla pendebant, accepimus, ex quarum tenore nobis innotuit, quod cum ipsi litterarum obtentu, quas sub nomine Alexandri praedecessoris nostri receperant, inter canonicos de Wartriia et canonicos de Giseburne super cella de Libes voluissent de causa cognoscere, tandem abbas ecclesie de Giddewrte, habita copia litterarum, eas redarguit falsitatis et, quod eas sub examine sedis apostolicae falsas ostenderet, ad[b] mandatum eorum sufficientem praestitit cautionem. Abbate

[a] prioribus *c.* [b] *sic emendat Bresslau* eas *cod.*

vero de Waltria, quia super defensione litterarum illarum cautionem praestare nolebat, ad sedem apostolicam appellante, tandem utraque pars per nuncios suos cum litteris praedictorum abbatum et prioris et cum litteris, quae sub nomine praedecessoris nostri fuerant exhibitae, apostolico conspectui se representavit. Nos autem litteris ipsis auditis eas falsitatas[a] comperimus et de consilio fratrum nostrorum redarguimus falsitatis. Mandamus itaque discretioni vestrae atque praecipimus, quatenus qui litteras ipsas exhibuit, si convenire potueritis, auctoritate nostra ab officio deponentes, contradictione et appellatione cessante, in aliquo monasterio sicut falsarium retrudatis et ulterius[b] ibi faciatis paenitentiam agere de commissis. Praedictum vero abbatem de Wartria, nisi coram vobis purgationem cum quinta manu praestiterit, quod scienter illis falsis non fuerit litteris usus, sublata appellatione ab administratione monasterii suspendatis et, donec veniam apud Romanam ecclesiam consequatur, suspensum faciatis haberi; postmodum autem canonicos utriusque ecclesiae super iam dicta cella....[c] vos, quorum iudicium nuncii partium postulaverunt, causam diligentius audiatis et sine frustratoria dilatione et personarum acceptione mediante iustitia terminetis. Si quis vero appellaverit, vos nihilominus appellatione cessante recipiatis testes, et qui vobis fuerint idonei praesentati, eorum iuratorum depositiones studiosius conscribentes praefigatis partibus terminum competentem, quo cum ipsis attestationibus vestris sigillis signatis apostolico conspectui se repraesentent, nullis litteris obstantibus, si quae, tacita commissione ista, ab apostolica sede fuerint impetratae. Ceterum si his omnibus exsequendis nequiveritis interesse, duo vestrum nihilominus ea exequantur. Datum Velletri[d] V Idus Maii. 1182–83 Mai 11.

---

357. *Lucius III fratres S. Walarici hortatur, ut Petri quondam episcopi Tusculani anniversarium diem celebrent. Viginti marcas ab eo legatas testamenti executores eis assignaturos esse scribit.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 1) 12704. fol. 161; 2) 12701. fol. 171. manibus s. XVII.

Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati et conventui Sancti Walarici salutem et apostolicam benedictionem. Cum bonae memoriae P(etrus) quondam Tusculanensis episcopus 1183 Iul. 24.

[a] falsitatis *c.* [b] altius *c.* [c] *Versus unus excidisse videtur.* [d] Wellentr. *c.*

1183 Iul. 24. satis collegium vestrum dilexisset, in finem quoque dilexit et, ut perpetua ipsius apud vos posset esse memoria, viginti marcas argenti ad emendos reditus vobis in ultima voluntate legavit, de quibus vobis annis singulis in sui obitus anniversario die refectio debeat preparari. Quoniam igitur vestrae religioni creditur eo officio convenire, ut ei dignam memorationibus pro tanta devotione vicissitudinem rependatis, universitatem vestram per apostolica scripta monemus atque mandamus, quatenus iuxta desiderium et ordinationem ipsius anniversarium diem obitus ea solemnitate, qua decet, annis singulis celebretis, ut, si quae maculae de terrenis ei contagiis adheserint, per vestrarum orationum merita deleantur et vos dignam vestrorum videamini memoriam benefactorum habere. Sane dilecti filii nostri magister Hugo, Ioannes, Nicolaus, Hildebertus atque Bernardus, quos sui exequutores instituit testamenti, vel aliquis eorum cum consilio dilectorum filiorum nostrorum Cisterciensis, Maioris monasterii et sancti Victoris abbatum praescriptam vobis pecuniam assignabunt. Datum Signiae IX Kal. Aug.[a]

358. *Lucius III miratur, Uldricum cancellarium comitis Blesensis magisterium scholarum S. Martini de Valle locare. Fratres Maioris-monasterii regimen scholarum gratis idoneis personis assignare jubet.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12776. s. XVII. fol. 254.

1183 Dec. 1. Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Herveo abbati Maioris monasterii, priori Sancti Martini de Valle salutem et apostolicam benedictionem. Relatum est nobis ex parte vestra, quod, cum magisterium scholarum sancti Martini de Valle ad donationem tuam, fili prior, pertineat, Uldricus cancellarius dilecti filii nostri Theobaldi Blesensis comitis ad preces ipsius supradictum magisterium est adeptus. Ceterum ipsum locat, ut dicitur, annuatim, temporale commodum praeferens honestati. Nos itaque providere volentes, ne similia ultra contingant, auctoritate apostolica prohibemus, ne scholam illam vel alias ad donationem vestram spectantes, cum eas vacare contingit, taliter alicui concedatis, sed sine aliqua pravitate illis[b], quos digne videritis, gratis scholarum vestrarum regimen assignetis, ipsi autem sine aliqua pactione vel pretio, cum necesse fuerit, alios idoneos potuerint[c] deputare. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostrae prohibitionis infringere vel

[a] *Copiae valde depravatae sunt.* [b] illos *c.* [c] potuerit *c.*

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Anagniae Calendis Decembris. 1183 Dec. 1.

---

359. *Lucius III fratribus Latiniacensibus indulget, ne cui nisi metropolitano vel dioecesano vel legato apostolico episcopo eos excommunicare vel eorum ecclesias interdicere liceat.*

Bibl. nat. Paris. Chartul. S. Petri Latiniac. scr. a. 1513, ms. lat. 9902. fol. 4b.

Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati[1] et conventui Latigniacensi salutem et apostolicam benedictionem. Indebite molestationis importuna gravamina ab his precipue nos convenit amovere, qui sub discipline regularis ordine constituti, ut divinis cultibus devotius famulentur, apostolico benignitatis munimine sunt fovendi. Hinc est, quod iustis postulacionibus vestris grato concurrentes assensu apostolica vobis auctoritate concedimus et per praesentes litteras indulgemus, ut absque speciali mandato Romane ecclesie nulli penitus nisi metropolitano et diocesano episcopo vestro seu legato a latere Romani pontificis destinato ecclesias vel personas vestras interdicto supponere liceat vel excommunicationis in vos sententiam promulgare. Si quis autem preter eos, quos excepimus, ecclesiasticam sententiam in vos duxerit proferendum, nullam obtineat contra tenorem presentis indulgencie firmitatem. Datum Verulis VII Kal. Maii. 1184 Apr. 25.

---

360. *Lucius III capitulo Magdunensi permittit, ut C. decano S. Aniani Aurelianensi de fructibus praebendarum non plus 30 solidos reservet, quos foranei canonici percipere debeant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 78. fol. 166. manu s. xvii.

Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis capitulo Magdunensis ecclesiae salutem et apostolicam benedictionem. Pervenit ad nos, quod, licet in ecclesia vestra statutum fuerit ab antiquo, ut canonici, qui per se ipsos eidem ecclesiae non servirent, de fructibus praebendarum suarum nonnisi triginta solidos perciperent annuatim, C. decanus S. Aniani Aurelianensis fructus duarum praebendarum, quas habet in praescripta ecclesia integre nihilominus percepit, cum eidem ecclesiae aliquod servitium non im- 1184 Iun. 24.

[1] Ioscelino.

1184 Iun. 24. pendat nec de alterius praebendae fructibus reparationi librorum et aliis usibus ecclesiae faciat, sicut statutum fuerat, provideri. Unde quia providere nos convenit, ne praescripta ecclesia in divinis obsequiis vel in aliis sustineat detrimentum, vestris postulationibus annuentes praesentibus vobis litteris indulgemus, ut, si[a] praedictus decanus secundum antiquam consuetudinem et constitutionem ecclesiae vestrae hactenus in aliis canonicis observatam eidem ecclesiae deservire noluerit, eum fructibus praebendarum illarum appellatione postposita spoliandi, reservatis ei dumtaxat solidis, quos foranei de suis praebendis debent percipere, de auctoritate nostra facultatem liberam habeatis, ita quidem ut fructus alterius praebendae per manus vestras in illos usus ecclesiae fideliter expendantur, quibus deputati sunt ab antiquo. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostrae constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Arimini VIII Kal. Iulii.

361. *Lucius III abbati Vallis-Dei et decano Cicestrensi mandat, iudicent inter Hamonem clericum et W. filium sacerdotis, de ecclesiis quibusdam litigantes.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. fol. 220[b]. Scripsit Martene.

1181–85. Lucius papa III abbati de Valle Dei et decano Seicestriae. Cum ex divinae dispensationis gratia summum in ecclesia Dei licet immeriti locum obtineamus, circa id considerationis nostrae acies versari debet, ut singulis suam iustitiam conservemus et ne in ecclesiarum ordinibus quicquam, quod aut[b] sacris canonibus aut sanctorum patrum institutionibus possit contraire, vigilanti studio nos convenit pastorali sollicitudine providere. Ex parte autem Hamonis clerici ad nostras aures pervenit querela, quod, cum ecclesia de Bleselei et ecclesia de Haltechme ad eum iure pertineant, W. filius sacerdotis, qui proxime in eisdem ministravit, in ipsis vicarium praetextu cuiusdam concessionis ab eodem H. factae vendicare sibi praesumit. Quoniam igitur ea, quae minus rationabiliter fuerint, ad rectitudinis tramitem revocare debemus, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si vobis constiterit, quod pater praedicti W. in eisdem ecclesiis proxime ministra-

[a] si *addidi.* [b] a *cod.*

vit, eundem W. praenominatae vicariae iure omnibus modis privetis 1181–85.
et memoratum Ha. ecclesias easdem, si ad eum iure pertinere noscantur, cum omni integritate possidere faciatis nec ipsum a quoquam exinde citra formam iuris molestari permittatis. Porro si iis exsequendis etc.[a]

---

362. *Lucius III T(heobaldum) episcopum Ambianensem et magistrum R. Polet iudices constituit inter ecclesiam Atrebatensem et episcopum Morinensem.*

Bibl. nat. Paris. Chartul. Atrebat. s. xiii. ms. lat. 9930. fol. 7.

Lucius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri T(heo- 1181–85.
baldo) Ambianensi episcopo et[b] dilecto filio magistro R. Polet salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte venerabilis fratris nostri episcopi[1] et dilectorum filiorum canonicorum Atrebatensium querelam accepimus, quod, cum monasterium de Zoches infra terminos eorum diocesis positum ad ipsos et Atrebatensem ecclesiam spectet, venerabilis frater noster Morinensis episcopus[2], cenobium dicens illud ad se pertinere, post appellationem ad nos factam ipsum contra voluntatem eorum dedicare praesumpsit. Nos itaque iuri utriusque partis providere volentes, ne episcopatuum fines propter dissensiones et altercationes huiusmodi confundantur, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus ad iam dictum locum pariter accedentes, quae vobis ab utraque parte proposita fuerint, diligentius audiatis et inter eos, quod iustum fuerit, iudicetis et praecipiatis, quod iudicatum fuerit, ab utraque parte appellatione remota servari.

---

363. *Lucius III episcopo Bathoniensi et abbati Abbendonensi scribit de R. clerico a fratribus de Evesham dioecesano episcopo praesentato.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. fol. 221. Scripsit Martene.

Lucius papa III Bathoniensi episcopo[3] et abbati de Habendune. 1181–85.
Ex conquestione R. clerici nobis innotuit, quod, cum dilecti filii nostri abbates et monachi de Evesham, ad quos ius praesentationis ecclesiae de Modintune asseritur pertinere, eum diocoesano episcopo praesentassent, B.[c] dictus, filius ipsius G. sacerdotis, qui in eadem ecclesia proxime ministravit, eam detinere praesumit et prae-

[a] *sic desinit in cod.* [b] et *addidi.* [c] R. *cod., an* Benedictus *legendum est?*

[1] Frumoldi † 1183 sive Petri. [2] Desiderius. [3] Reginaldo.

1181–85. dicti R.[a] institutionem impediens in vocem appellationis prorupit nec cessavit eam per se nec per aliquem prosequi responsalem. Quoniam igitur ea, quae sunt contra ecclesiae disciplinam, ratio postulat emendari, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si quod asseritur noveritis veritate subniti, praefatum R. a praedicta ecclesia sublata appellatione faciatis amoveri et eam praedicto B., si idoneus fuerit, assignari, non obstantibus litteris nostris pendente appellatione a sede apostolica impetratis. Si autem iam dictus R. rationabile impedimentum non ostenderit, qua re non sit appellationem interpositam consequutus, eum in expensas necessarias, appellatione remota, alteri parti condemnetis; quod si his exequendis omnes interesse nequiveritis, duo vestrum nihilominus exequantur.

---

364. *Lucius III episcopo Meldensi scribit, priorissam Colonantinam quaesivisse, si iuvenem quendam conversum, genitalibus destitutum, presbyterum ordinare posset. Mandat investiget, quonam modo mutilatus sit.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. fol. 224[b]. Scripsit Martene.

1181–85. Lucius papa III Meldensi[1] episcopo. Dilectae in Christo filiae nostrae priorissa et conventus de Colonantia a sede apostolica quaesierunt, si iuvenis quidam, conversus earum, genitalibus destitutus in presbyterum possit de permissione canonum ordinari. Nos itaque in hoc articulo distinctionem volentes canonicam observari, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus inquiras diligentius veritatem, si ab hostibus sectus fuerit vel a medicis aut nesciens carnis vitio reluctari ipse sibi manum iniecerit. Priores enim admittunt canones, si alias idoneus fuerit, tertium velut homicidam sui statuunt puniendum.

---

365. *Lucius III episcopo Wigorniensi praecipit, compellat R. clericum, ut G. clericum iuramento, quod ab ipso extorserit, solvat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. fol. 219. Scripsit Martene.

1181–85. Lucius papa III Wigorniensi episcopo.[2] Ex conquestione G. clerici auribus nostris innotuit, quod, cum ipse ecclesiam de Suertigrive sub annuo censu unius marcae argenti longo tempore tenuis-

[a] G. *cod.*

[1] Simoni. [2] Balduino.

set, R. clericus, qui plures habet ecclesias, ab eo per multas im- 1181–85.
pensiones et gravamina iuramentum de solutione maioris census extorsit. Igitur cum sit prohibitum in concilio Lateranensi, ne novi census imponantur ecclesiis vel veteres augmententur, sustinere non possumus incorrectum, quod tanta fuerit temeritate praesumtum; fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus inquisita a partibus veritate, si ita esse constiterit, praescriptum censum[a] ad solitum auctoritate nostra, contradictione et appellatione cessante, reducas et memoratum R. ecclesiastica districtione compellas, ut praedictum G. a iuramento, quod ab ipso recepit, absolvat et de cetero consueto censu contentus existat, eum quoque de tanta praesumtione punias taliter sub appellatione remota, quod saltem poena docente cognoscat periculum cunctis existere, constitutis apostolicis obviare.[1]

---

366. *Lucius III universis ecclesiarum praelatis mandat, ne fratres hospitalis Hierosolymitani super bonis testamentarie legatis ullo modo inquietent.*

Autogr. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 8998. fol. 1.

Lucius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus 1184–85
archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus et Iul. 29.
universis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii nostri fratres hospitalis Ierosolymitani gravem contra vos deposuerunt in auditorio nostro querelam, quod tertiam partem eorum, que illis in testamento legantur, pro vestre voluntatis arbitrio extorquetis, et alia gravamina multimodo irrogantes pro litteris nostris nullam eis curatis iustitiam exhibere. Quoniam igitur sic vobis adesse volumus, ut memoratis fratribus in sua deesse iustitia minime videamur, universitati vestrae per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus de his, que memoratis fratribus dantur ab aliquibus in sanitate vel infirmitate, si postea convaluerint aut apud alios tumulati fuerint, portionem aliquam non queratis. De aliis vero parochianis vestris, qui laborantes in extremis apud predictos fratres eligunt sepeliri, quarta sitis testamenti parte contenti nec aliquid ab eis amplius exigatis. Sed nec sepulturam, quam per

[a] sensum *c.*

[1] Hanc et eas, quae praecedunt, epistolas Martene ex canonum collectione adhuc incognita descripsisse videtur.

1184–85 Iul. 29. indulgentiam apostolicae sedis habere noscuntur, occasione ista quisquam vestrum impedire contendat. Taliter autem ab ipsorum molestiis et vos abstinere et parrochianos vestros compescere studeatis, ut nec ipsi pro defectu iustitiae ad praesentiam nostram laborent nec vos de negligentia pontificalis officii vel contemptu possitis mandati apostolici reprehendi. Nos enim, cum universis Dei fidelibus ex iniuncto simus officio debitores, praedictis fratribus tanto fortius tenemur adesse quanto ea, quae ipsis beneficia conferuntur, ad maiorem Christi pauperum sustentationem non est dubium pervenire. Nec parum potest divinum formidare iuditium, quivis eos immo Christum in eis fuerit persecutus, cum dicturus Dominus in fine legatur: „Quod uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis.“[1] Datum Veronae quarto Kal. Augusti.

---

367. *Lucius III abbati S. Genovefae et decano S. Germani Autissiodorensi (ap. Parisios) mandat, cogant Ranaldum quendam, ut monasterio S. Dionysii ablatam decimam reddat.*

Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 232 n. 17.

1184–85 Aug. 3. Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . abbati[2] sancte Genovefe et P(etro) decano sancti Germani Autisiodorensi salutem et apostolicam benedictionem. Pervenit ad nos ex conquestione dilectorum filiorum nostrorum . . abbatis[3] et monachorum sancti Dionisii, quod Ranaldus decimam quandam eorum elemosine deputatam illicite detinere contendit. Quia igitur eius saluti non convenit ad aliena iura manus extendere et predicti monasterii iniuriam non debemus sub dissimulatione transire, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem R. ad restitutionem illius decime vel exhibendam in presentia vestra iusticiam per severitatem canonicam appellatione postposita compellatis. Datum Verone III Nonas Augusti.

---

368. *Lucius III universis praelatis provinciae Narbonensis praecipit, ut loca, ad quae praedones monasterii Vallis-magnae pervenerint, interdicto subiiciant.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12770. s. XVII. fol. 135.

1184–85 Sept. 10. Lucius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Narbonensi archiepiscopo[4] et suffraganeis eius episcopis et dilectis

[1] Matth. 25, 40. [2] Stephano. [3] Guillelmi. [4] Bernardo.

filiis prioribus et presbyteris in provincia Narbonensi constitutis, ad quos litterae istae pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis dilecti filii nostri abbas et fratres Vallis magnae et alii fratres eiusdem ordinis in vestris episcopatibus constituti, quod, cum saepe pravorum hominum molestiis agitentur, coguntur interdum pro defectu iustitiae ad recuperandas res ablatas inaniter laborare. Nos igitur et laboribus et damnis eorum volentes congruum adhibere remedium universitati vestrae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatinus loca, ad quae praedictorum fratrum praedo devenerit, quam diu ibi res, quae illis in furto ablatae sunt, detinentur, interdicti sententiae subponatis nec permittatis in eis ulla divina officia praeter baptisma et poenitentias celebrari. Eos vero, quos in aliquos de fratribus ipsis violentas manus injecisse constiterit, tam diu excommunicatos publice nuntietis, donec et iniuriam passis congrue satisfaciant et cum vestrarum testimonio litterarum ad sedem apostolicam veniant absolvendi. Prohibemus insuper, ut monachos vel conversos eorum, qui post factam professionem a monasteriis suis exierint, in ecclesiis vestris recipi non sinatis nec ullum praestetis apostatantibus a religione favorem, quo vel monastica disciplina dispendium patiatur vel ipsi iidem de conniventia vestra in suarum periculo remaneant animarum. Datum Veronae IV Id. Septembris. 1184–85 Sept. 10.

---

369. *Lucius III in monasterio Gimundensi clericos vel laicos ad conversionem recipi permittit.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12773. fol. 159. cop. c. a. 1681.

Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati et fratribus de Gemondo salutem et apostolicam benedictionem. Honestatem ac religionem domus vestrae, quae sub Cistercii continetur institutis, piae benignitatis oculis intuentes, petitionibus vestris clementer annuimus et eas, in quantum iustitiae rectitudine fulciuntur, ad utile et complementum hilatiter promovemus. Ea propter, dilecti in Domino filii, per praesentes vobis litteras indulgemus, ut liceat vobis clericos vel laicos e saeculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem accipere et receptos sine contradictione aliqua retinere. Si quis autem de his, qui se domui vestrae reddiderint, confessus fuerit, se per violentam manuum iniectionem vel pro igne apposito generalis sententiae canonem incurrisse, liberam 1184–85 Sept. 24.

[1] Amedeus.

1184–85 Sept. 24. vobis damus absolvendi cum autoritate apostolica facultatem. Nulli ergo omnino hominum etc.[a] Datum Veronae VIII Kal. Octobris.

---

370. *Lucius III archiepiscopo Narbonensi permittit, ut R. priorem de Rivo, non obstante paucorum contradictione, in canonicorum numerum recipiat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Doat 55. fol. 249. cop. a. 1668.

1184–85 Sept. 26. Lucius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Narbonensi archiepiscopo[1] salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod, cum canonici tuae ecclesiae tecum in canonicandum dilectum filium nostrum R. priorem de Rivo sponte convenerint, pauci non tam de ratione quam de auctoritate propria contradicunt. Quia igitur in antiquis et modernis canonibus est expressum, ut in huiusmodi casibus obtineat sententia plurimorum, fraternitati tuae auctoritate apostolica indulgemus, ut paucorum contradictione irrationabili non obstante cum maiori et saniori parte capituli de iam dicto priore, quod tibi et eis placuit, exequaris. Constituimus etiam, ut nullus eorum, qui consenserunt de cetero, si malitiose fortasse dissenserit, audiatur. Datum Veronae VI Kalendas Octobris.

---

371. *Lucius III episcopo Andegavensi aliisque mandat, ut inter monachos S. Florentii Salmurenses et fratres S. Melanii Redonenses, de eligendo abbate litigantes, iudicium faciant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Anjou et Turaine 5 n. 1947.

1184–85 Nov. 8. Lucius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Andegavensi episcopo[2] et dilectis filiis G. archidiacono et I. archipresbytero Turonensis ecclesiae[b] salutem et apostolicam benedictionem. Quanto monasterium Sancti Florentii Salmurensis specialius nostri et beati Petri iuris existit, tanto nobis debet esse molestius, cum iura ipsius per alicuius imminui temeritatem audimus. Propositum siquidem noviter est[c] auribus nostris, quod, cum coenobium S. Melanii Redonensis ita spectet ad monasterium Salmurense, quod unius monachi sint fratres alterius et non debeat in eo abbas in-

[a] *sic cod.* [b] ecclesiae *deest in cod.* [c] esse *c.*

[1] Bernardo. [2] Radulfo.

stitui nisi de convenientia Salmurensis abbatis et de cenobiorum ipsorum altero eligatur, quidam per potentiam nobilis viri G(odefridi) Britanniae comitis in iam dictum Sancti Melanii monasterium aliunde adductus, praedicto abbate Salmurensi et fratribus reclamantibus, est intrusus et in illorum dispendium monasterium ipsum detinere contendit. Quia igitur quod nequiter actum est in eodem coenobio ad rectitudinis convenit tramitem revocari, discretioni vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatinus utramque partem ad vestram audientiam convocantes audiatis rationes et allegationes hinc inde propositas et causam ipsam mediante iustitia terminetis. Datum Veronae VI Idus Novembris. 1184–85 Nov. 8.

---

372. *Lucius III burgensibus castri novi Turonensis concedit, ne aut ipsi aut procuratores ipsorum ad locum non securum extra dioecesim Turonensem in causam trahantur, cet.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Anjou et Touraine V. n. 1950.

Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis burgensibus castri novi Turonensis salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc ex dispositione divina curam omnium et magisterium suscepimus singulorum, ut apostolica sollicitudo, quam gerimus, cunctis in commune prospiciat et pacem simul ac iusticiam subditorum foveat incessabiliter et defendat. Ne igitur status vester secularis malignitatis astutia perturbetur aut vobis ex aliena pravitate contingat, quod tranquillitatis vestrae statum casu periculi a parte qualibet emergentis evertat, presentibus vobis litteris indulgemus, ut universitas vestra nec per se extra civitatem nec procuratores ipsius aut aliquis ex ipsa ad locum non securum extra Turonensem dioecesim trahatur in causam; nec alicui liceat, si illuc citati non accesseritis, occasione huius absentiae, excusatione praemissa, quod ad locum non securum accedere non possitis, aliquam in vos sententiam promulgare; si vero promulgata fuerit, nos eam auctoritate apostolica vacuantes decernimus non tenere; adicientes quoque statuimus, ut, cum a sententia, qua vos dilecti filii nostri canonici b. Martini Turonensis innodasse dicuntur, ex mandato nostro fueritis absoluti, nemini liceat, quamdiu coram ordinario iudice vel alio quolibet a sede apostolica delegato parati fueritis stare judicio, ecclesiasticam in vos sententiam promulgare, nisi forsitan coniurationis, de qua ecclesia b. Martini conqueritur, infamia laboretis, a 1184–85 Nov. 12.

1184–85 Nov. 12. qua vos purgare a praefatis canonicis commoniti non velitis, nullis litteris obstantibus harum tenore tacito a sede apostolica impetratis. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Veronae II Idus Novembris.

---

373. *Lucius III statuit, ut in ecclesiis Flandriae canonici haud residentes ultra 20 solidos singuli de sua praebenda non percipiant; vicariis vero eorum centum solidi assignentur.*

Bibl. nat. Paris. Chart. Atrebat. s. XIII. ms. lat. 9930. fol. 7.

1184–85. Lucius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Petro episcopo et dilectis filiis canonicis Atrebatensibus salutem et apostolicam benedictionem. Quanto magis habundante malitia caritas refrigescit, tanto nos oportet cautius providere, ne in sacris ecclesiis divinae servitutis cultura depereat, maxime in quibus uberior copia terrenae sustenstationis habundat et maior est populi multitudo, quae pro defectu divini servitii gravi posset scandalo perturbari. Quoniam igitur in plerisque ecclesiis Flandriae, cum praebendae sint plurimae, pauci sunt canonici residentes, ita ut pro eorum paucitate frequenter videatur divinorum officiorum sollempnitas deperire, pro eo maxime quod, cum absentes non minora fere percipiant quam praesentes, raro tamen ibidem officia divina frequentent, ne processu temporis in ecclesia vestra simile quid contingat, praesentium auctoritate statuimus et sub interminatione anathematis futuris temporibus observari censemus, ut in praedicta ecclesia vestra absentes canonici, qui fuerint in posterum assumendi, nichil penitus ultra viginti solidos singuli de sua praebenda percipiant, sed loco eorum cum consilio episcopi, qui pro tempore fuerit, idonei vicarii per capitulum statuantur, quibus centum solidi de praebendis absentium assignentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.[a]

---

374. *Lucius III universos fideles per Bituricensem, Remensem, Senonensem et Turonensem provincias constitutos, remissione peccatorum*

[a] *In margine manus posterior adscripsit* vacat.

proposita, hortatur, ut ad reparandam S. Martini ecclesiam de bonis suis conferant.

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 76 fol. 342, manu s. xvii.

Lucius episcopus servus servorum Dei universis Dei fidelibus 1185
per Bituricensem, Remensem, Senonensem et Turonensem provincias Mai 1.
constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam, ut ait apostolus[1], omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout gessimus in corpore, sive bonum sive malum, oportet nos diem missionis[a] extreme misericordie operibus prevenire et eternorum intuitu seminare in terris, que reddente Domino cum multiplici fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam.[2] Unde quoniam ecclesia sancti Martini Turonensis nequit absque fidelium eleemosyna restaurari, universitatem vestram monemus attentius et in remissionem vobis peccatorum iniungimus, quatinus ad reparandam fabricam ecclesie, in qua corpus pretiosissimi confessoris quiescit, divini amoris intuitu et proprie salutis obtentu oportuna de facultatibus vestris auxilia conferatis, ita quod adiuvantibus vobis consummationem accipiat . . . . . et vos per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterne felicitatis gaudia mereamini pervenire. Datum Verone Kal. Maii.

---

375. *Urbanus III Legionensi et Asturicensi episcopis mandat, ut fratres de Villafranca ab injuriis populi ipsius villae tueantur.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 283. fol. 160. copia a. 1780.

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus 1185–86
Legionensi[3] et Astoricensi[b][4] episcopis salutem et apostolicam bene- Dec. 15.
dictionem. Pervenit ad nos ex conquestione prioris et fratrum coenobii de Villafranca, quod populus ipsius villae, qui eis est ex parrochiali iure subiectus, decimas et alia iura eis in animae suae periculum subtrahere non verentur. Praeterea saepius propriis ecclesiis ac sacerdotibus derelictis in praeiudicium iuris eorum ab extraneis presbiteris divina temere percipiunt sacramenta. Volentes igitur eisdem priori et fratribus in suo iure adesse, fraternitati

[a] *an* iussionis? *Bresslau.* [b] Legionensis et Astoricensis *c.*

[1] Rom. 14, 10. [2] 2 Cor. 9, 6. [3] Manrico. [4] Ferdinando.

1185–86 Dec. 15. vestrae per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus prescriptum populum monere attentius ac inducere procuretis, ut decimas et alia iura priori et fratribus illis, sicut de iure tenentur, exsolvant et ecclesiis et sacerdotibus suis reverentiam exhibeant et honorem et ab eorum molestatione desistant. Ministris etiam ecclesiarum et monasteriorum circumstantium districtius inhibere curetis, ne falcem de cetero in alienam messem immittant[b] aut praescriptis priori et fratribus iniuriam inferant vel gravamen. Quod si vobis[b] non acquieverint, tam populum illum quam presbiteros, qui eum in dispendium iuris illorum recipere ad divina praesumunt et sacramenta ecclesiastica impertiri, auctoritate nostra sine appellationis obstaculo censura canonica percellatis. Quod si ambo his exequendis nequiveritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur. Datum Veronae XVIII Kalendas Ianuarii.

---

376. *Urbanus III universos fideles confraternitatis Sacri-portus hortatur, ut elemosinas, quas pro revelatione monasterii ad quinquennium annuatim se soluturos esse promiserint, fratribus persolvant.*

Bibl. nat. Paris. Chart. Sacri Portus s. XVII. ms. lat. 5466. fol. 12.

1186 Iul. 1. Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis universis Dei fidelibus confraternitatis Sacri Portus, ad quos litterae istae pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram noveritis pervenisse, quod vos[c], divino amore succensi, in vestrarum remedio animarum ad commonitionem karissimi in Christo filii nostri Philippi illustris Francorum regis pro revelatione monasterii Sacri Portus certas elemosinas fratribus eiusdem loci liberaliter promiseritis usque ad quinquennium annis singulis persolvendas. Unde nos, vobis in bonis operibus congaudentes, universitatem vestram monemus, attentius rogamus vobisque in remissionem peccatorum injungimus, quatinus elemosinas ipsas supradictis fratribus iuxta promissum vestrum hilariter[d] sine diminutione vel retentione qualibet conferatis et ita, quod a vobis est laudabiliter inchoatum, adimplere curetis, quod et fratrum necessitati vestra subventione utiliter consulatur et praemia retributionis aeternae ab omnipotenti Domino valeatis securius exoptare. Datum Veronae Kal. Iulii.[1]

[a] immittatur *c*. [b] nobis *c*. [c] nos *c*. [d] illariter *c*.

[1] Exstat privilegium eidem monasterio datum d. 28. Iun. 1186 in cartulario supra citato fol. 1.

377. *Urbanus III Narbonensem archiepiscopum ac Tolosanum et Carcassonensem episcopos hortatur, ut fratribus Bolbonensibus de monasterii malefactoribus iusticiam exhibeant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Doat. 83. fol. 165. cop. a. 1669.

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus 1186
Narbonensi[1] archiepiscopo, Tholosano[2], Carcassonensi[3] episcopis et Oct. 18.
dilectis filiis archidiaconis et decanis in eorum diocesibus constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Sicut dilectorum filiorum nostrorum abbatis et fratrum coenobii Bolboniensis nobis conquestio patefecit, quidam malitiosi homines in vestris diocesibus commorantes saepius in bona eorum rapinas exercent et alia multa gravamina Dei timore postposito eis irrogare praesumunt. Volentes igitur indempnitati eorum paterna sollicitudine providere discretioni vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatinus, cum a praedictis fratribus super huiusmodi rapinis et gravaminibus aliis fuerit vobis querela proposita, unusquisque vestrum in diocesi sua malefactores eorum, nisi commoniti restituerint res ablatas et de dampnis illatis et injuriis satisfecerint competenter et ab eorum molestatione cessaverint, ecclesiastica censura nullius appellatione obstante percellat, quae absque satisfactione congrua minime relaxetur. Datum Veronae[a] decimo quinto Kalendas Novembris.

---

378. *Urbanus III consulibus et populo Arelatensi praecipit, ut decimas ecclesiis subtractas exsolvant. Alioquin se excommunicationis sententiam ab Henrico Albanensi, ap. sed. legato, promulgatam confirmaturum esse, scribit.*

Autogr. in Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 380 n. 21.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis consuli- 1186
bus et populo Arelatensi salutem et apostolicam benedictionem. Nov. 27.
Omnipotentis Dei benignitatis ita humano generi ad usum vite cuncta dignata est elargiri, ut partem sibi decimam reservaret; quam qui ei subtrahit, sacrilegii reatum incurrit et dampnationem sibi comparat sempiternam. Unde quia ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod quidam vestrum contra salutem propriam ecclesie Dei decimas subtrahunt et contra salutem propriam[b] detinere contendunt, universitatem vestram hortamur in Domino et aposto-

[a] Veroniae *c.* [b] contra sal. prop. *sic iterum in autographo.*

[1] Bernardo. [2] Fulchrando. [3] Ottoni.

1186 Nov. 27. lica auctoritate mandamus, quatinus unusquisque vestrum suorum proventuum decimas ecclesiis, ad quas pertinent, et earum prelatis, sicut tenetur, exolvat. Alioquin sententiam, quam venerabilis frater noster . . Albanensis episcopus[1], tunc apostolice sedis legatus, in illicitos detentores propter hoc canonice promulgavit, nos ratam esse decernimus et precipimus observari. Datum Verone V Kalendas Decembris.

---

379. *Urbanus III universis praelatis per provinciam Arelatensem constitutis praecipit, ut Petro archiepiscopo obediant. Homines ab eo excommunicatos, antequam absolutionem adepti sint, sepeliri vetat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 88. fol. 50. manu s. XVII.

1186 Nov. 27. Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis per Arelatensem provinciam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Quanta sit obedientiae virtus et quae poena inobedientibus debeatur, rerum experientia neminem fidelium patitur ignorare. Ea siquidem est, sine qua impossibile est aliquem placere Deo et quae divinis sacrificiis antefertur. Quam licet universi Christi fideles totis debeant viribus observare, vos tamen tanto propensius eam tenemini vita pariter et exemplo preferre, quanto inter ceteros locum habere noscimini digniorem. Sane ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod quidam vestrum haec nequaquam, sicut convenit, attendentes venerabili fratri nostro Arelatensi archiepiscopo[2], metropolitano vestro, reverentiam debitam non impendunt. Unde dum eius subterfugiunt disciplinam, et honestas ecclesiastica patitur detrimentum et cura fidelium non ea, qua convenit, sollicitudine procuratur, quod quia sustinere non possumus nec debemus, universitatem vestram hortamur in Domino et precipiendo mandamus, quatenus iam dicto archiepiscopo sicut pastori et metropolitano vestro obedientiam et reverentiam debitam impendatis et ad praesentiam eius, cum vocati fueritis, accedentes, quae canonice ad honorem Dei et fidelium salutem statuerit, suscipiatis humiliter et servetis scituri, quod, si quis ei contra salutem propriam inobediens exstiterit et rebellis, sententiam, quam in eum propter hoc canonice tulerit, autore Domino ratam habebimus et faciemus inviolabiliter observari. Ad hoc vobis autoritate praesentium inhibemus, ne aliquis vestrum excommunicatos et nominatim

[1] Henricus. [2] Petro.

interdictos eius ad sepulturam ante absolutionem recipiat; alioquin 1186
nos ei interdicendi ecclesiam, in qua hoc praesumptum fuerit, do- Nov. 27.
nec fuerit cadaver eiectum, liberam concessimus autoritate apostolica facultatem. Datum Veronae[a] quinto Kalendas Decembris.

---

380. *Urbanus III archiepiscopo Arelatensi permittit, ut excommunicationis sententiam ab Henrico episcopo Albanensi in decimarum detentores prolatam observari faciat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 86. fol. 52. manu s. XVII.

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Are- 1186
latensi[1] archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Quanto Dec. 12.
in ecclesia Dei locum obtines digniorem, tanto libentius petitionibus tuis annuimus et ad procurandam salutem subditorum tuorum fidelium favorem tibi apostolicum impertimur. Unde quia ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod sententia, quam venerabilis frater noster H(enricus)[b] Albanensis episcopus, tunc apostolicae sedis legatus, in decimarum illicitos detentores tuae provinciae canonice promulgavit, non ea, qua convenit, diligentia observatur, volentes ipsorum detentorum saluti et ecclesiastico iuri prospicere, fraternitati tuae praesentium autoritate iniungimus firmiterque mandamus, quatenus sententiam ipsam, sicut canonice lata est, per tuam provinciam servandam denunties et facias autoritate nostra ab omnibus observari. Ad haec quia nonnulli ecclesiarum rectores interdictos et excommunicatos tuos in suo praesumunt cimiterio tumulare, nihilominus interdicendi ecclesiam illam, in qua hoc praesumptum fuerit, donec excommunicati vel nominatim interdicti cadaver ad mandatum tuum a cimiterio extrahatur, liberam habeas autoritate apostolica facultatem. Datum Veronae[c] secundo Idus Decembris.

---

381. *Urbanus III crucem in subsidium Terrae sanctae praedicantibus veniam peccatorum indulget.*

Bibl. nat. Paris. Rec. des lettres de Richard de Bury, évêque de Durham, ms. lat. nouv. acqu. 1266.[d] s. XIX. fol. 256.

Urbanus[2] episcopus servus servorum Dei dilectis filiis praedi- 1185–87.

[a] Veroniae *c.* [b] Hugo *c., in autographo aut lacunam aut litteram H., a librario male suppletam, fuisse arbitror.* [c] Veroniae *c.* [d] *Apographum est codicis, cuius mentionem fecit Liebermann in Neues Archiv IV. 620.*

[1] Petro. [2] Epistola haec in dictaminum fictorum numerum releganda est.

1185–87. catoribus universis verbi crucis pro Terrae sanctae subsidio ac executoribus negocii eiusdem crucis salutem et apostolicam benedictionem. Volentes labores vestros, quos pro Terrae sanctae subsidio prompta voluntate subitis, spiritualibus praemiis compensare, vobis universis et singulis propter hoc laborantibus illam vestrorum, de quibus corde contrito et ore confessi fueritis[a], concedimus veniam peccatorum, illoque volumus privilegio eaque immunitate gaudere, quae dictae Terrae sanctae succurrentibus in generali concilio sunt concessa. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. etc.

---

382. *Urbanus III Henrico archiepiscopo Bituricensi concedit, ut, cum canonici de vacante praebenda non convenerint, ipse idoneam personam in ea instituat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 79. fol. 181. manu s. XVII.

1186–87 Mart. 4. Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Henrico Bituricensi archiepiscopo, Aquitaniae primati, salutem et apostolicam benedictionem. Pro statu ecclesiarum pastorali nos convenit cura satagere et, ne inordinatae remaneant vel debitis obsequiis defraudentur diligentem sollicitudinem adhibere. Accepimus autem, quod, cum in ecclesia tua praebendam vacare contingit, in ordinandis canonicis plerumque canonici eiusdem ecclesiae discordes existunt nec voluerunt in personas idoneas unanimiter convenire. Ne autem occasione ista ecclesia tibi commissa ullum possit de cetero incommodum vel detrimentum incurrere aut malignari volentibus praestetur audacia, volentes tibi in quibus salva honestate possumus prompta benignitate deferre, autoritate tibi apostolica indulgemus, ut, cum praebenda vacaverit, si de ipsa danda canonici non convenerint, personam idoneam tibi liceat nullius appellatione obstante canonicum ipsius ecclesiae sine specie prava statuere, in quam[b] maiorem et saniorem partem noveris convenire. Datum Veronae quarto Nonas Madii.

[a] fueritis *addidi.* [b] *scilicet* personam.

383. *Urbanus III universos provinciae Burdegalensis praelatos hortatur, ut Henricum Bituricensem, si primatiam visitare eum contigerit, reverenter excipiant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 79. fol. 251. manu s. xvii.

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Burdegalensi archiepiscopo[1] et suffraganeis eius et dilectis filiis abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis in Burdegalensi provincia constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Significante venerabili fratre nostro Henrico Bituricensi archiepiscopo, nobis innotuit, quod, cum pro pace inter venerabilem fratrem nostrum Pictavensem episcopum[2] et nobilem virum R. comitem Pictavensem reformanda venisset, a praedecessore tuo, frater archiepiscope, et a vobis, fratres episcopi et abbates atque praelati, honorifice fuit et devote receptus eique omnem reverentiam et honorem primati debitum curavistis humiliter exhibere. Proinde universitatem vestram de virtute obedientiae commendantes per apostolica scripta monemus attentius et mandamus, quatinus, sicut bene incepistis, et in archiepiscopi et ecclesiae Bituricensis devotione et obedientia consistatis et, cum illum trahentibus negotiis ecclesiasticis primatiam visitare contigerit, ei tam in procurationibus quam in aliis honorem tamquam primati vestro et reverentiam debitam impendatis, ita quod de vestra devotione certior fiat et in necessitatibus vestris libentius et efficacius debeat vobis favorem suum atque patrocinium impertiri. Datum Veronae IIII Nonas Martii. 1186–87 Mart. 4.

---

384. *Urbanus III fratribus Maioris-monasterii scribit de praelatis, maiorem, quam in concilio Lateranensi statutum sit, numerum hominum et equitaturarum ad eorum ecclesias adducentibus.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879. fol. 192. Descripsit Martene ex autographo.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati[3] et fratribus Maioris monasterii in obedientiis et prioratibus ipsius monasterii constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Cum felicis memoriae Alexander praedecessor noster episcopos et alios ecclesiarum praelatos audisset saepius ecclesias hominum et equitaturarum numero immoderato gravare, cum easdem ecclesias visitabant, certum modum episcopis et aliis praelatis in concilio Late- 1186–87 Apr. 9.

[1] Guilielmo. [2] Guilielmo. [3] Hervaeo.

1186–87 Apr. 9. ranensi praefixit, secundum quem in ecclesiis recipi debeant et procurationem habere. Ne igitur contra constitutionem illam in concilio factam ecclesiae vestrae possint sumtibus onerari, praesentibus vobis litteris indulgemus, ut, si archiepiscopi, episcopi, archidiaconi vel decani ad ecclesias vestras in maiori numero, quam statutum sit in concilio memorato, duxerint accedendum, ad eos recipiendos et procurandos non possitis ecclesiastica districtione compelli. Sententiam vero, si qua in vos vel ecclesias propter hoc forte protulerint, decernimus irritandam. Datum Veronae V Idus Aprilis.

---

385. *Urbanus III Henrico archiepiscopo Bituricensi per totam provinciam, excepto monasterio Dolensi, vices suas committit.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 79. fol. 182. manu s. XVII.

1186–87 Apr. 13. Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Henrico archiepiscopo[1], Aquitaniae primati, apostolicae sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Quanto beneficia graciora, dum essemus in minori officio, ab ecclesia tibi commissa nos accepisse recolimus et uberiorem ab eo gratiam assecutos, tanto amplius nos ei recognoscimus debitores et libentius ipsam praerogativa nostrae dilectionis et gratia decoramus. Illud etiam ad exequendum nostrae voluntatis propositum attentius nos inducit, quod, cum sis[a] non solum generis sed etiam morum nobilitate perspicuus, tuae sincerae devotionis affectum circa nos et Romanam ecclesiam usque adeo manifesta rerum exhibitione declaras, ut ab apostolica sede non immerito diligi debeas et[b] propensius honorari. Sane cum per nos exequi non possimus, quae nobis ex susceptae ministerio servitutis imminent exequenda, illos in partem sollicitudinis advocare tenemur, de quorum prudentia et honestate confidimus et per quos vitiis exstirpatis virtutum autore Deo credimus germina propaganda. Eapropter, venerabilis in Christo frater archiepiscope, in te probitatem, elegantiam morum et sincerae devotionis constantiam attendentes, per totam provinciam tuam, excepto monasterio Dolensi, de consilio fratrum nostrorum apostolicae tibi legationis officium committimus exequendum, ut in ea vice nostra, quae corrigenda sunt corrigas, evellas quae fuerint evellenda, et plantes

[a] si *c.* [b] et *deest in cod.*

[1] Bituricensi.

quae noveris esse plantanda. Attende itaque, carissime frater, quid tibi sollicitudinis ex indulgentia apostolicae sedis immineat, et sic iniunctae tibi legationis officium cum auxilio gratiae celestis exequere, ut in manu tua ecclesiastica negotia dirigantur et ecclesiarum status per providentiam tuam in melius et fidelium universitas autore Deo proficiat ad salutem. Datum Veronae Id. Aprilis. 1186–87 Apr. 13.

---

386. *Urbanus III Maioris-monasterii fratribus decimas a laicis resignatas in proprios usus convertere permittit.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879. fol. 192. Descripsit Martene ex autographo.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati[1] et monachis Maioris monasterii salutem et apostolicam benedictionem. Quanto coenobium vestrum specialius ad nos et Romanam ecclesiam pertinet, tanto iuri et commodo eius debemus diligentius imminere. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu[a], praesentis vobis scripti pagina duximus indulgendum, ut decimas, quas laici possederunt in parrochiis ecclesiarum vestrarum et vestris manibus resignarunt vel in posterum duxerint resignandas, ad opus vestrum et ecclesiarum vestrarum, in quarum sunt parochiis constitutae, nullius contradictione vel appellatione obstante recipere liceat et tenere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et bb. Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Veronae Idibus Iunii. 1186–87 Iun. 13.

---

387. *Urbanus III archiepiscopo Compostellano aliisque mandat, corrigant episcopum Asturicensem, qui ecclesiam quandam dedicaverit, antequam controversia de ea inter priorem de monte Feberro et monachos de Villafranca terminata esset.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 283. fol. 161. cop. a. 1780.

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Compostellano archiepiscopo[2], episcopo[3] et dilecto filio B. archidiacono Auriensi salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti 1186–87 Iul. 30.

[a] *In codice correctum est in* consensu.

[1] Hervaeo. [2] Petro. [3] Alfonso.

1186–87 Iul. 30. filii nostri prior et monachi de Villafranca suam ad nos querimoniam transmiserunt, quod, cum inter ipsos et priorem de monte Feberro[a] de quadam ecclesia, quam idem prior iuxta[b] terminos parrochiae monachorum ipsorum contra privilegia monasterii Cluniacensis, ad quod eadem ecclesia spectat, indulta construxisse dicatur[c], super ecclesia quoque de Perex et aliis pluribus capitulis controversia verteretur, venerabilis frater noster Astoricensis episcopus[1] in verbo veritatis et in osculo pacis praefato priori de Villafranca promisit, quod ipsam ecclesiam minime dedicaret, donec questio mota finem debitum ordine iudiciario sortiretur. Verum idem episcopus suae postmodum promissionis oblitus, eandem ecclesiam non sine derogatione suae dignitatis et nominis, iam[d] dicto priore de Villafranca invito et ad sedem apostolicam appellante, nocturno tempore dedicavit et corpus cuiusdam defuncti in eius cimiterio sepelivit, ut ex hoc ius parrochiale sibi certius posset in posterum vendicare. Licet autem de huius enormitate facti plurium personarum litteras receperimus, quibus fides est in maioribus adhibenda, quia tamen plene nobis de veritate non constat, cognitionem et correctionem huius rei vestrae discretioni committimus per apostolica scripta mandantes, quatenus inquisita praesentibus partibus veritate, si rem ita se habere constiterit, campanas, quae in ipsa ecclesia dicuntur de novo suspensae, faciatis auctoritate nostra in terram deponi et effodi corpus illius, qui apud ipsam ecclesiam fuit traditus sepulture, et in eadem ecclesia usque ad decisionem causae omnia divina prohibeatis officia celebrari et eundem episcopum de transgressione suae promissionis et fidei et pro eo, quod appellationi non detulit, corrigatis, sicut eum de institutione canonica videritis corrigendum. Aimardum[e] quoque et alios, qui post excommunicationis sententiam a diocesano episcopo interpositam divina scienter celebrasse in eadem ecclesia perhibentur[f], ecclesiastica sententia percellatis. Si qui autem vobis restiterint[g], quominus mandatum nostrum libere adimplere possitis, in eos auctoritate nostra ecclesiasticam sententiam proferatis, quam faciatis usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari, et haec omnia contradictione et appellatione cessante effectui mancipare

[a] *Lambertus de Barive, qui hanc epistolam descripsit, annotat:* Dans beaucoup d'autres titres: Zebruario, le mont de Zebre. [b] iusta *c.* [c] dicuntur *c.* [d] tam *c.* [e] Aimardus *c.* [f] *sic sine dubio legendum est pro* prohibentur *c.* [g] restiterint *inter uncos appositum est.*

[1] Ferdinando.

curetis. Ceterum si omnes[a] his exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur litteris nequaquam obstantibus istarum non habita mentione a sede apostolica impetratis. Datum Veronae[b] III Kalendas Augusti. 1186–87 Iul. 30.

---

388. *Urbanus III fratribus S. Germani de Pratis (Paris.) indulget, ne in causis cum archiepiscopo Senonensi examini aliquorum ei subditorum se subiicere cogantur.*

Autograph. mutilum in tabul. nat. Paris. L. 233 n. 2.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis F(ulconi) abbati et capitulo sancti Germani de Pratis salutem et apostolicam benedictionem. Cum monasterium v(estrum ad) nos et Ro(manam) ecclesiam nullo (median)te pertinet, dign(um) est et consonum rationi, ut contra indebite (molestat)ionis gravamina apostolice protectionis favorem in vestris oportunitatibus sentiatis. Ne igitur venerabilis frater noster . . (Senone)nsis archiepiscopus[1], qui vobis et monasterio vestro gravis sepius et molestus existit, in causis, que inter vos et ipsum emergunt, vobis possit per suos subditos gravamen inferre, auctoritate vobis presentium ind(ulg)emus, ut sub (examine aliqu)orum sue provincie, qui ei tamen subiecti existant, in causis, quas vos adversus ipsum vel ipse adversus vos habuerit, nequaquam cogamini litigare. Datum Verone III Idus Februarii.[2] 1187 Febr. 11.

---

389. *Clemens III abbati et fratribus Cluniacensibus scribit de compositione inter monasterium S. Stephani Nivernense et P. comitem facta atque a Philippo Francorum rege firmata.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. fol. 241. Scripsit Martene.

Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Hugoni abbati et conventui Cluniacensi salutem et apostolicam benedictionem. Quanto specialius coenobium vestrum b. Petri iuris existit, et ad nostram provisionem nullo mediante pertinet et tutelam, et vos et praedecessores vestri in eo coelesti magisterio subditi disciplinae per infusionem sancti spiritus odorem honestatis et religionis in vestro hactenus ordine observare latius expandistis, tanto ad con- 1188 Febr. 20.

[a] *correxi ex* omnibus *c.* [b] Veronnae *c.*

[1] Guido. [2] Idem iisdem verbis confirmat Clemens III bulla data d. 16 m. April 1189, cuius autogr. in tabul. nat. Paris. L. 234 n. 6 servatur.

1188 Febr. 20. servandam vitam vestram illaesam[a] et iustas devotionis vestrae petitiones benignius admittendas tenemur existere promtiores. Pervenit autem ad nos, quod, cum nobilis vir P(etrus) Nivernensis comes monasterio vestro S. Stephani Nivernensis multa damna et iniurias intulisset, tandem litterarum nostrarum auctoritate commonitus a suo facto resipuit et libertatem burgi praedicti S. Stephani Nivernensis, prout debuit, recognovit et eam se promisit iuramento praestito servaturum. Compositionem quoque ab eodem comite et Agnete uxore eius cum fratribus vestris praedicti S. Stephani amicabiliter factam ad memoriam futurorum scriptis authenticis roborarunt, quam benignus in Christo filius noster Philippus illustris Francorum rex ratam habuit et nihilominus sui scripti munimine confirmavit. Nos igitur vestris postulationibus annuentes compositionem illam, quae inter praefatos fratres vestros et iam dictum comitem et uxorem eius de assensu partium facta est et non solum eorum sed etiam ipsius regis scriptis[b] roborata, ratam habemus eamque futuris temporibus manere decrevimus illibatam. Ad haec[c] compositio, quae facta est inter Albanum dominum Castri novi et fratres vestros de Amberta super multis damnis et gravaminibus, quae eis irrogaverat, ne processu temporis rescindatur, ad petitionem vestram similiter ratam habemus in perpetuum et apostolico praesentis scripti patrocinio communimus statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae comfirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et SS. Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lateranis X Cal. Martii, pontificatus nostri anno V.[1]

---

390. *Clemens III Valcellensi, S. Sepulcri et S. Autberti abbatibus mandat, ne patiantur Beatricem de Boussu in capella, a marito eius constructa, sine licentia abbatis S. Gisleni divina officia celebrari facere.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12674. fol. 210. s. XVII.

1188 Febr. 28. Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Valcellensi[2], sancti Sepulchri[3] et sancti Autberti[4] abbatibus salutem et

[a] conservandum vita vestra illaesa *c.* [b] scripti *c.* [c] Adhuc *c.*

[1] Eiusdem argumenti litteras Clemens III priori et monachis S. Steph. Nivernensis dat, vide ibid. fol. 240[b]. [2] Godescalco. [3] Gerardo. [4] Huberto.

apostolicam benedictionem. Dilecti filii nostri abbas[1] et fratres S. Ghisleni transmissa nobis conquestione monstraverunt, quod, cum ecclesia eorum ex largitione imperatorum et regum precinctum loci cuiusdam a flumine Wamii usque ad fluviolum, qui Haneton dicitur, in giro usque ad aquam, quae Haina vocatur, sicut tam in sedis apostolicae quam in imperatoriis privilegiis continetur, diu possederunt inconcusse, nobilis mulier B(eatrix) de Boussu contra privilegia ipsa veniens quaedam in praescripto loco sibi contra iustitiam vendicare praesumit. Ad haec cum G. quondam vir eius in curte sua, quae in parochia praedictorum fratrum consistit, aedificasset capellam et assensu abbatis et fratrum ipsorum per bonae memoriae Samsonem Remensem quondam archiepiscopum fuisset ei cappellanus concessus, conditione tali adiecta, videlicet quod contra prohibitionem praedicti abbatis divina in ea non deberet officia celebrare, mulier praefata contra hoc venire non dubitans in capella ipsa prohibente abbate divina facit officia celebrari. Cum itaque sedis apostolicae privilegia perpetuam tenere debeant firmitatem, volentes abbatem ipsum et fratres in sua iusticia confovere, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus praefatam mulierem ab indebita abbatis et fratrum super hiis, quae praediximus, et aliis vexatione desistere, per districtionem ecclesiasticam sublato appellationis diffugio compellatis, nullis litteris obstantibus, si quae apparuerint hiis tacitis a sede apostolica impetratae. Quod si omnes hiis exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani III Calendas Martii, pontificatus nostri anno primo. 1188 Febr. 28.

---

391. *Clemens III inter monasterium S. Gisleni et Beatricem de Boussu actum a delegatis apostolicis super possessionibus quibusdam arbitrium probat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12674. fol. 211[b]. manu s. xvii.

Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati[2] et conventui Sancti Ghisleni salutem et apostolicam benedictionem. Ea, quae a nobis ratione praevia expetuntur, animo nos decet libenti concedere et effectu prosequente complere. Cum itaque causa, quae inter ecclesiam vestram et nobilem mulierem B(eatricem) de Boussu super quibusdam terris, redditibus, hominibus et aquis hactenus vertebatur, per delegatos iudices ex delegatione sedis apostolicae 1188 Iun. 15.

[1] Lambertus. [2] Lamberto.

1188 Iun. 15. diffinitiva sententia rationabiliter sit decisa, nos sententiam ipsam ratam habentes, sicut rationabiliter lata est nec postea legitimae appellationis obiectione suspensa, autoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei[a] ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani XVII Kalendas Iulii, pontificatus nostri anno primo.

---

392. *Clemens III R. comitem Arvernensem rogat, ne ordini Grandimontensi per diversas fratrum machinationes vehementer afflicto favorem solitum subtrahat.*

Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 234 n. 5.

1188 Iun. Clemens episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobili viro comiti R(oberto) de Alvernia salutem et apostolicam benedictionem. Non est in hac humane morta(litatis) miseria quicunque a callidi temptatoris machinatione securus; non est, qui ab eius possit subtilibus insidiis facile precavere. Expugnat enim for(tissimos) quosque, ac providos fraudulenta et improvisa circumventione seducit, studia diversarum suggestionum multiplicat, pia desideria pestifera sepius . . . . . corrumpit. Quod etiam David ille manu fortis sibi accidisse dolebat, qui cum in die serenitatis et victorie dixisset: „Non movebor in eternum quia . . . . voluntate tua prestitisti decori meo virtutem.“[1] Postmodum a concupiscentia superatus aiebat: „Avertisti faciem tuam a me et factus sum contur(batus?).“[2] (Cum) hostis ille humani generis adversus seculares iacula temptationum inmittat, contra viros tamen religiosi propositi tanto acrius vi(ribus) universis insurgit, quanto per arctiores observantias eos invenit securius sacre conversationis munitione vallatos. Non est igitur ammi(randum, quod temporibus?) preteritis in ordine Grandimontensi seditionis spiritum excitavit, qui multociens Dei etiam sanctuarium legitur expugnasse, qui ab (sorbet fluvium,?) nec miratur, sed habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.[3] Verum licet dura fuerit ordo predictus per diversa fratrum studia con(triti)one percussus, nunc tamen, quia nos de communi fratrum consilio paci eius duximus providendum, ipsius in suo statu regulam confirman-

[a] ei *addidi.*

[1] Cf. Psalm. 29, 7. [2] Psalm. 29, 8. [3] Iob. 40, 18.

tes, ordo ipse ut creditur miserante Domino respirabit et tranquil- 1188 Iun.
lior erit et clarior in eo de turbatione serenitas, cum velut igne tribulationis excoctus luci(diore clarit)ate fulgebit factus fortior post ruinam. Malorum namque experimentis et duris rerum eventibus mens humana docetur futuris periculis (ob)vi(are). Te itaque, dilecte in Christo fili, monemus, rogamus attentius et in remissionem iniungimus peccatorum, quatinus propter huiusmodi casum solitam (praedicti o)rdinis fratribus gratiam non elonges, nec eis favorem tuum aut elemosinas caritatis subtrahas consuete. Quos tanto humano bene(ficio duximus dig)niores, quanto, graviori tribulatione concussi, eo amplius indigere noscuntur. Nam afflictis non est ullatenus af(fli)ctio ingerenda vel multiplicanda calamitas, immo potius est auxilium et humanitatis consolatio tribuenda. Datum Laterani . . . Kalendas Iulii, pontificatus nostri anno primo.

In dorso litterarum clausarum eadem manu scriptum est: Nobili viro comiti R. de Alvernia pro fratribus Grandimontis.

---

393. *Clemens III Henrico Bituricensi de puniendis canonicis scribit, qui excommunicati vel interdicti divina officia celebrant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 79. fol. 183. s. XVII.

Clemens episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Hen- 1188
rico archiepiscopo[1], Aquitaniae primati, salutem et apostolicam Iul. 12.
benedictionem. Significatum est nobis, quod clerici tuae diocesis post latam in se interdicti vel excommunicationis sententiam officia divina Dei timore neglecto et obedientiae virtute postposita celebrare praesumunt. Quoniam ergo tantae praesumptionis audaciam non nobis in mansuetudine olei sed in austeritate vini videtur agendum, praesentibus tibi litteris indulgemus, ut personas eorum, qui post sententiam canonice latam hoc attentare praesumpserint, ad reprimendum inobedientiae vitium sine laesione ac periculo diligenti[a] custodiae mancipandi vel in monasteria retrudendi liberam habeas autoritate apostolica facultatem, ut ipsi saltem inviti trahi debeant ad salutem et alii exemplo eorum impune sibi licere non credant inobedientes praelatis existere aut ecclesiasticae sententiae contraire. Datum Laterani quarto Idus Iulii, pontificatus nostri anno primo.

[a] diligentis *c.*

[1] Bituricensi.

394. *Clemens III Maioris-monasterii constitutionem, qua hospitibus non carnes sed pisces aliaeque res proponantur, confirmat.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879. fol. 195. Descripsit Martene ex autographo.

1189 Mart. 14. Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati[1] et capitulo Maioris monasterii salutem et apostolicam benedictionem. Ea, quae ad propositum sanctae religionis adiiciuntur, quanto de maioris mediocritatis et honestatis amore emanare videntur, tanto lubentius amplectimur et iuxta postulantium desiderium effectu volumus subsecutivo complere. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, constitutionem, quam ad honestatem et mediocritatem servandam praesente olim in capitulo vestro bonae memoriae H(enrico) Albanensi episcopo provida discretione fecistis, scilicet quod infra septa monasterii vestri de cetero carnes hospitibus non apponantur, sed piscium vel aliarum rerum, quas vobis fidelibus suis Deus concesserit vel facultas monasterii ministraverit, esu quilibet sit contentus auctoritate apostolica confirmamus, iuxta praefatum statutum carnium epulas in vestro manasterio districtius prohibens. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei et bb. Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lateranis II Idus Martii, pontificatus nostri anno secundo.

---

395. *Clemens III episcopo Biterrensi mandat, moneat fratres S. Honorati, ne hominibus ab archiepiscopo Arelatensi excommunicatis ecclesiastica sacramenta impendant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 88. fol. 46. manu s. XVII.

1189 Iul. 30. Clemens episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Biterrensi[2] episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte venerabilis fratris nostri Arelatensis[3] archiepiscopi gravis fuit in audientia nostra querela proposita, quod prior et monachi sancti Honorati[4] eius interdictos recipiunt et excommunicatis ipsius christianam exhibent sepulturam. Nolentes igitur tantae praesumptionis audatiam relinquere incorrectam, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus praescriptum priorem et monachos, ut

[1] Geoffrido. [2] Godefredo. [3] Petri. [4] Lerinensis.

excommunicatis et interdictis memorati archiepiscopi sepulturam 1189
aut alia sacramenta ecclesiastica non impendant, moneas et auto- Iul. 30.
ritate apostolica firmiter interdicas. Si vero commonitionis et interdicti tui transgressores extiterint, eos a praesumptione sua per censuram ecclesiasticam cessante appellatione compescas. Datum Laterani tertio Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno secundo.

---

396. *Clemens III tres abbates iubet sanctimoniales Burburgenses ab iniuriis abbatis Corbeiensis defendere.*

Bibl. nat. Paris. Chart. mon. Broburg. s. xv. ms. lat. 9921. libr. iii. fol. 19b.

Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis filiis de Dunis, 1189
de Claromarisco et de Thosan abbatibus salutem et apostolicam Nov. 25.
benedictionem. Insinuarunt nobis abbatissa[1] et moniales de Brobourc, quod, cum quandam decimationem infra Isaram et extra per quinquaginta annos et ultra in pace possederint, abbas Corbeiensis[2] decimationem ipsam eis aufferre et eas iniuste fatigare contendit. Quia vero ad nos specialiter pertinet cura debilium personarum, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus abbatissam et moniales ipsas indebita praedicti abbatis non sinatis vexatione gravare, sed earum iura illabata faciatis nostra freti auctoritate, appellatione cessante, servari, nullis litteris veritati et iustitie preiudicium facientibus, si que apparuerint a sede apostolica impetrate. Quod si omnes hiis exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani VII Kal. Decembris, pontificatus nostri anno secundo.

---

397. *Coelestinus III universos ecclesiarum praelatos hortatur, ut a parochianis suis iniuste detenta fratribus militiae Templi restitui faciant. Addit de Templariorum privilegiis quibusdam.*

Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 235 n. 7.

Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratri- 1191
bus, archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus et aliis ec- Iun. 15.
clesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilecti filii nostri fratres domus militie Templi pro defensione fidei Christiane labores continuos et extrema pericula subeant et inimicos crucis Christi non sine multis

[1] Mathildis. [2] dioec. Ambianensis, Nicolaus.

1191 Iun. 15. sudoribus potenter impugnent, nobis imminet ex officio eorum iura quadam speciali sollicitudine conservare et violentiam aliorum ab ipsorum indebitis gravaminibus cohercere. Inde est, quod universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus, si quando eisdem fratribus de his, que ipsis pia et rationabili consideratione legantur, a quolibet irrationabiliter subtractum fuerit vel detentum, is vestrum, in cuius parrochia id evenerit, cognita veritate, prout iustum fuerit, ablata taliter et detenta sine dilatione et appellatione restitui faciat et in pace dimitti. Vobis quoque nichilominus interdicimus, ne quis vestrum parrochianos suos apud ecclesias eorundem fratrum, qui ad ordinem eorum se conferre voluerint, sepeliri prohibeat vel a subditis suis prohiberi permittat, si apud ipsas ecclesias devotionis intuitu in ultima voluntate elegerint sepulturam, nisi forte nominatim interdicti fuerint vel excommunicationis vinculo teneantur astricti. Homines autem eorundem fratrum pro suis excessibus pecuniaria pena nullatenus puniatis, sed eis iuxta modum culpe imponatis satisfactionem congruam, que ipsis proficiat ad salutem, cum pro emendatione criminum non sint premia requirenda. Datum Rome apud sanctum Petrum XVII Kal. Iulii, pontificatus nostri anno primo.

---

398. *Coelestinus III universis provinciae Arelatensis praelatis praecipit, ut Imberto archiepiscopo a sese consecrato obediant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 88. fol. 58. manu s. XVII.

1191 Nov. 6. Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus, universis episcopis et dilectis filiis abbatibus, praepositis et aliis ecclesiarum prelatis per Arelatensem provinciam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc in ecclesia Dei gradus ecclesiasticarum personarum distincti esse noscuntur, ut minores suis maioribus reverentiam deferant et eorum mandatis et monitis obsecundent. Cum autem venerabilis in Christo frater noster Imbertus archiepiscopus vester nuper ad praesentiam nostram accesserit, eum sicut virum providum et discretum et tanto officio congruentem benigne recepimus et ipsum in archiepiscopum manibus propriis consecravimus, pallium sibi, scilicet pontificalis officii plenitudinem, sumptum de beati Petri corpore conferentes. Eum igitur cum gratia sedis apostolicae ad propria remittentes universitati vestrae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatenus eum benigne recipiatis eique tamquam archiepiscopo vestro et animarum vestra-

rum pastori reverenter et humiliter deferentes debitam ei obedientiam 1191
impendatis, monita ipsius salubria et mandata recipiatis humiliter et Nov. 6.
sine refragatione servetis et, cum vos statutis temporibus ad concilium vel sinodum duxerit evocandos, sine tarditate qualibet accedatis et, si quos pro suis excessibus interdicto vel excommunicationi subiecerit, ipsius sententiam inviolabiliter servare curetis. Ad haec vobis auctoritate praesentium inhibemus, ne aliquis vestrum excommunicatos vel nominatim interdictos eius ad sepulturam ante absolutionem recipiat, alioquin nos ei interdicendi ecclesiam, in qua hoc praesumptum fuerit, donec fuerit cadaver eiectum, liberam concessimus autoritate apostolica facultatem. Datum Laterani octavo Idus Novembris, pontificatus nostri anno primo.

---

399. *Coelestinus III Umberto archiepiscopo Arelatensi concedit, qui ecclesias seu campanilia invaserint, ut eos anathematizet.*

Autogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 380 n. 23.

Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Um- 1191
berto Arelatensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictio- Nov. 6.
nem. Intelleximus, quod, cum in civitate tua frequenter seditionum scandala suscitentur, sepe contingit, ut nonnulli ecclesias et campanilia tam in ipsa civitate quam burgo ad sui tuitionem et defensionem invadant et ipsis tamquam secularibus domibus propria temeritate utantur. Quia igitur id obvium rationi dinoscitur et ipsis invasoribus pernitiosum existit, fraternitati tue presentium auctoritate concedimus, ut ad hec corrigenda manum debite severitatis apponens, si qui de cetero ecclesias ipsas seu campanilia invadere forte presumpserint, nisi quamtocius ad mandatum tuum redierint, tam in ipsa civitate quam burgo divina interdicendi et illos vinculo anathematis innodandi appellatione remota liberam habeas facultatem. Datum Laterani VIII Idus Novembris, pontificatus nostri anno primo.

---

400. *Coelestinus III decano et duobus canonicis Remensibus negotium dat, ut controversiam inter monasterium S. Gisleni et Beatricem de Boussu diu agitatam determinent.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12674. fol. 213[b]. manu s. xvii.

Celestinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis decano 1192
et magistris Stephano et Poncardo canonicis Remensibus salutem Ian. 20.

1192 Ian. 20. et apostolicam benedictionem. Significante nobis dilecto filio nostro abbate S. Ghisleni[1] accepimus, quod[a], cum B(eatrix) mulier nobilis pro causa, quae inter eos agitari dinoscitur, a delegatis per apostolicam sedem iudicibus, videlicet bonae memoriae R(ogero) olim Cameracensi episcopo et dilecto filio nostro abbate Walcellensi[b][2], vinculo esset excommunicationis astricta, vos eam de apostolica auctoritate mandati postmodum absolvistis. Ne igitur ius ipsius abbatis hac occasione valeat deperire, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis hinc inde proposita et quod iustum fuerit, appellatione postposita, iudicetis et faciatis quod decreveritis observari. Quod si omnes hiis exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nihilominus prosequantur. Datum Romae apud S. Petrum XIII Calendas Februarii, pontificatus nostri anno primo.

---

401. *Coelestinus III episcopo, decano et cantori Metensibus scribit de controversia inter abbatissam S. Glodesindis et Aelidim eiusque filiam agitatam. Addit, filiam, quamquam excommunicata esset, viro cuidam nubere praesumpsisse. Mandat, ut querimonias investigent.*

Bibl. nat. Paris. Chart. S. Glodesindis Metensis a. 1292 script., ms. lat. 10024. fol. 39.

1192 Mai 12. Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . episcopo[3] et dilectis filiis . . decano et cantori[c] Metensibus[d] salutem et apostolicam benedictionem. Querelam dilectae in Christo filie nostre . . abbatissae[4] sancte Glodesindis Metensis accepimus, quod, cum controversia[e], quae inter ipsam et Aelidim mulierem ac filiam eius et coadiutores earum[f] super quibusdam decimis, quas eedem mulieres in villa S. Aniani . . abbatissae dicebantur auferre, aliquandiu fuerat agitata, venerabili fratri nostro . . Treverensi archiepiscopo[5] de apostolico fuisset mandato commissa, idem archiepiscopus venerabili fratri nostro Virdunensi episcopo[6] per sua scripta mandavit, ut mulieres ipsas et coadiutores suos districte compelleret ad iusticiam super hiis . . abbatissae exhibendam. Verum quia eedem mulieres et adiutores sui iuri parere pertinaciter contempserunt, idem episcopus contra ipsos excommunicationis sententiam

[a] quod *addidi.* [b] de Walcellensi *c.* [c] circatori *c.* [d] mt *c.* [e] cuntroversia *c.* [f] eorum *c.*

[1] Goswino. [2] Iohanne. [3] Bertramno. [4] Havidi aut Vodae. [5] Iohanni. [6] Alberto.

promulgavit. Sed filia praescripte Aledis, absolutione nequaquam obtenta, cuidam viro nichilominus nubere propria temeritate praesumpsit. De vestra igitur prudentia confidentes, querimonias memoratas vestro duximus examini committendas, discretioni vestrae per apostolica scripta mandantes, quatinus, vocatis ad praesentiam vestram qui fuerint evocandi, audiatis hinc inde proposita et quod iustum fuerit, appellatione postposita, iudicetis et faciatis quod decreveritis per censuram ecclesiaticam inviolabiliter observari. Quod si omnes hiis exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani IIII Id. Maii, pontificatus nostri anno secundo. 1192 Mai 12.

---

402. *Coelestinus III universis ecclesiarum praelatis mandat, ut populum indulgentia proposita ad collectas in usum Templariorum instituendas adhortentur, cet.*

Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 235 n. 8.

Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvit et canonice sententie severitas enervatur, ut viri religiosi et hii maxime, qui per sedis apostolice privilegia maiori donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis iniuriam sustineant et gravamen, dum vix invenitur, qui congrua illis protectione subveniat et pro fovenda pauperum innocentia murum defensionis opponat. Cum autem dilecti filii nostri fratres militie Templi nuper permittente Domino ab inimicis Christiani nominis graviter sint oppressi et vehementer, sicut vos nosse credimus, barbara sevitia paganorum illos in personis et rebus exhauserit et etiam pro terra sancta de illorum spurcitia liberanda sumptus pertulerint et labores et pro ipso humani generis salvatore animas ponere ac pro fratribus extrema subire pericula non formident, ad benefaciendum ipsis etiam sine sollicitatione nostra merito possetis induci et ad hoc vestros subditos propensius invitare. Cum autem predicti fratres, sicut universitatem vestram latere non credimus, laudabiliter et assidue pro salvatoris iniuria vindicanda decertent et vix ad tante militie sustentationem proventus eorum sufficere dinoscantur, pro tanto christianitatis commodo non solum mobilium sed etiam 1192 Iul. 6.

1192 Iul. 6. immobilium partem distrahere et in totius christianitatis commodum convertere compelluntur. Hac itaque consideratione inducti et illorum maximis necessitatibus provocati, universitatem vestram presentibus litteris exhortamur, quatinus, unde eorum suppleatur inopia, populum vobis a Deo commissum collectas facere moneatis. Quicunque vero de facultatibus sibi a Deo collatis eis subvenerit et in tam sancta fraternitate se collegam statuerit eique beneficia persolverit, annuatim septimam ei partem iniuncte penitentie confisi de beatorum Petri et Pauli apostolorum meritis indulgemus. Si vero excommunicatus non fuerit vel nominatim interdictus et eum mori contigerit, ei cum aliis christianis sepultura ecclesiastica non negetur. Cum autem fratres ipsius Templi, qui ad collectam suscipiendam destinati fuerint, in civitatem, castellum vel vicum advenerint, si forte locus ipse interdictus sit, in iocundo eorum adventu semel in anno aperiantur ecclesie et exclusis excommunicatis divina in eis officia celebrentur. Que vero de non excommunicatis eorundem militum fratribus ecclesiastice sepulture tradendis et ecclesiis in eorum adventu, excommunicatis exclusis, se(mel) aperiendis a nobis statuta sunt, vobis archiepiscopis, episcopis, mandando precipimus, ut per vestras parrochias faciatis inrefragabiliter observari. Preterea fraternitati vestre rogando mandamus, quatinus personas eorum et bona pro caritate beati Petri et nostra manuteneatis et nullam eis irrogari lesionem vel iniuriam permittatis. Datum Laterani II Non. Iulii, pontificatus nostri anno secundo.

---

403. *Coelestinus III archiepiscopo Senonensi et abbati S. Columbae mandat, inducant comitem Nivernensem vel eius servientem, ut, recepta pecunia debita, domum de Colonges prioratui de Caritate restituere non recuset.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12680. fol. 23b. manu s. XVII—XVIII.

1192 Aug. 6. Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . Senonensi archiepiscopo[1] et dilecto filio . . abbati[2] S. Columbae in diocesi Senonensi constituto salutem et apostolicam benedictionem. Ex insinuatione dilectorum filiorum abbatis[3] et conventus Cluniacensis nos accepisse noveritis, quod, cum prioratus eorum de Caritate tempore, quo carissimus in Christo filius noster Philippus, illustris Francorum rex, Hierosolymam profectus est, Dei praevidentia

[1] Guidoni. [2] Radulfo. [3] Hugonis.

et peccatis habitantium exigentibus, nimio fuisset debitorum onere 1192
aggravatus et Petrus de Corzon, serviens nobilis viri comitis Niver- Aug. 6.
nensis[1], nimium ipsum affligeret et gravaret, prior et fratres eiusdem loci domum de Coulongiis ad ipsum prioratum spectantem pro tredecim mille solidorum Nivernensium ipsi P(etro) venditioni exponere sunt coacti; unde prioratus de Caritate damnificatus est plurimum et gravatus et, licet ipse P(etrus) ad instantiam predicti Cluniacensis abbatis postmodum in praesentia venerabilis fratris nostri W(illelmi) Remensis archiepiscopi, S. Sabinae cardinali, apostolicae sedis legati, tunc curam et sollicitudinem regni Francie simul cum carissima in Christo filia nostra, illustri regina Francorum, matre regis ipsius, gerentis, tactis sacrosanctis evangeliis firmaverit, quod priori et fratribus de Caritate recepta pecunia sua domum pretaxatam cum omnibus pertinentiis redderet pacifice possidendam, numquam postmodum, quamvis ipsi fratres, ut dicitur, pecuniam illam ei vellent restituere, illud, quod iuraverat, noluit adimplere. Cum igitur cura et sollicitudo omnium ecclesiarum sit nobis commissa, volentes indemnitati ipsius prioratus de Caritate, prout debemus, paterno affectu sollicite providere, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus firmiter iniungentes, quatenus supradictum comitem Nivernensem qui eandem domum de Colonges servientis nomine, sicut dicitur, occupavit et in proprios usus convertit, vel ipsum servientem, si praedicta domus ei fuerit restituta, auctoritate nostra monere et inducere efficaciter laboretis, ut domum ipsam prioratui supradicto, recepta ab ipsis pecunia praetaxata, sine difficultate qualibet restituere non omittant etc.[a] Quod si ambo his[b] exequendis nequiveritis interesse, tu, frater archiepiscope, ea nihilominus exequaris. Datum Laterani VIII Idus Augusti, pontificatus nostri anno secundo.

---

404. *Coelestinus III archiepiscopo et capitulo Coloniensi mandat, cogant canonicos Leodienses ad solvendam pecuniam, a mercatoribus Duacensibus A. quondam eorum episcopo, tunc electo, creditam.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 1231. fol. 82. manu s. XVIII.[c]

Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri 1193
archiepiscopo[1] et dilectis filiis capitulo Coloniensi salutem et apo- Mai 8.
stolicam benedictionem. Cum bonae memoriae A(lbertus) quondam

[a] *sic cod.* [b] his *addidi.* [c] *„Ex membr. in Arch. Arcis S. Angeli.“*

[1] Petri.

1193 Mai 8. episcopus, tunc electus, Leodiensis ad apostolicam sedem accessisset . . . . . et Iohanne Languesecus mercatoribus Duacensibus[a] ducentas quadraginta marcas boni argenti, tredecim sol(idis) quatuor denariis legalium sterlingorum computatis per marcam, mutuo pro negociis suis accepit, pro quibus venerabiles fratres nostri Iohannes Penestrinus[b] et Iohannes Tuscanensis episcopi, tituli sancti Clementis cardinalis, se fideiussores, sicut apparet ex instrumento publico, statuerunt. Unde quoniam praefati mercatores nondum ex integro creditam pecuniam receperunt, nos indignum penitus estimantes, ut idem fratres nostri vel mercatores ipsi ex eo iacturam sustineant, unde videntur potius gratiam meruisse, dilectis filiis nostris capitulo et canonicis Leodiensibus per apostolica scripta mandamus et sub officii beneficiique pena nec non excommunicationis in personas ipsorum et generalis interdicti per totam Leodiensem diocesim districte praecipimus, ut praefatum debitum infra viginti dies post susceptionem litterarum nostrarum de redditibus episcopalibus iam dictis mercatoribus vel alteri eorum iam dictam pecuniam et pro laboribus et expensis, pro singulis decem marcis unam, apud Duacum sine aliqua dilatione persolvant. Et si forte illi redditus sufficientes nequaquam extiterunt, collectas per totius episcopatus abbatias, prioratus, capellas et ceteras conventuales quam nonconventuales ecclesias faciant et debitum ipsum in praedicto loco, sicut idem Leodiensis fa(cere iuramento prae)stito tenebatur, persolvant. Mandamus itaque vobis et in obedientiae virtute praecipimus, quatinus praedictos capitulum et canonicos Leodienses ad faciendum quod scribimus poena praedicta districte sublato appellationis obstaculo cogere minime postponatis, nullis litteris obstantibus, si quae sunt vel fuerint a sede apostolica impetratae. Datum Laterani VIII Idus Maii, pontificatus nostri anno tertio.

405. *Coelestinus III sororibus de Favarces concedit, ut festum S. Catharinae duodecim lectionibus celebrent.*

Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 235 n. 11.

1193 Mai 14. Celestinus episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus monialibus de Fauarces salutem et apostolicam benedictionem. Preces, que nostro apostolatui porriguntur, cum veritatem et iustitiam comites noscuntur habere, libenter admittimus et precipi-

[a] *Locum hunc depravatum emendare ausus non sum.* [b] *sic cod.*

mus auctoritate apostolica effectui mancipari. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris iustis precibus annuentes, devotioni vestre presenti pagina duximus indulgendum, ut festivitatem beate Caterine virginis et martiris vobis liceat in duodecim lectionibus celebrare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Laterani II Idus Maii, pontificatus nostri anno tertio. 1193 Mai 14.

---

406. *Coelestinus III Radulfo abbati Fiscanensi permittit, moneat parochianos suos, ut antiquam consuetudinem in ecclesia cathedrali diebus pentecostes visitanda vel denario uno persolvendo observent.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 341. fol. 95. manu s. xviii.

Celestinus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Radulfo Fiscanensi abbati salutem et apostolicam benedictionem. Sicut ex tua est nobis parte propositum, cum per totam fere Normanniam quedam consuetudo ab antiquis temporibus generaliter consueverit observari, ut in diebus pentecostes de unaquaque domo unus parrochianus suam cathedralem ecclesiam teneatur processionaliter visitare vel unum denarium usualis monete per proprium destinare presbiterum, quidam parrochiani sub monasterii tui iurisdictione manentes hanc non curant consuetudinem observare. Ut igitur idem vicinis suis in bonis moribus conformentur, exhortandi eos ad hec, que supra posuimus, et piis ac efficacibus commonitionibus inducendi liberam tibi tribuimus auctoritate apostolica facultatem. Datum Laterani XI Kal. Iunii, pontificatus nostri anno tertio. 1193 Mai 22.

---

407. *Coelestinus III Augustensium canonicorum ultimam voluntatem observari et eorum, qui intestati mortui fuerint, res aut ecclesiae aut heredibus legitimis assignari iubet.*

Bibl. reg. Monacens. cod. lat. 2. fol. 111. manu s. xiii.[a]

Celestinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis canonicis Augustensibus salutem et apostolicam benedictionem. Ex vestra fuit nobis parte propositum, quod, cum aliquem ex vobis testa- 1194 Mai 3.

[a] *Ex schedis b. m. Philippi Jaffé.*

1194 Mai 3. tum sive ab intestato, Deo vocante, contingit decedere, episcopus, qui tunc presidet, res defuncti, vobis inconsultis[a], occupat violenter et in usus proprios convertit pro sue arbitrio voluntatis, ita quod nec etiam exequie eius quandocunque commode possunt et prout condecet celebrari. Cum igitur hoc rationi sit contrarium et sacris videatur canonibus obviare, auctoritate presentium firmiter inhibemus et sub anathemate interdicimus, ne episcopus vel aliquis alius rebus decedentis canonici, testati videlicet, manum violentam apponere audeat, sed ultima ejus voluntas consentanea canonibus observetur. Si quem vero intestatum mori contigerit, res eius ecclesie vestre cedant utilitati vel illis, quibus eedem de iure fuerint devolvende. Datum Rome apud sanctum Petrum V Nonas Maii, pontificatus nostri anno quarto.

---

408. *Coelestinus III fratres hospitalis S. Thomae Arelatensis hortatur, ne sententias ab archiepiscopo latas parvipendant.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 88. fol. 56. manu s. XVII.

1194 Mai 9. Celestinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis priori et fratribus hospitalis ecclesiae S. Thomae Arelatensis salutem et apostolicam benedictionem. Mirari cogimur plurimum et moveri, quod vos privilegiis et immunitatibus, quae vestrae religioni circa suae primordia novitatis favor apostolicae benignitatis indulsit, in communis iuris iniuriam abutentes confraternitatum occasione vestrarum, cum contingit pro gravi excessu civitatem vel burgum Arelatensem a suo archiepiscopo[1] interdicto supponi, interdictos et excommunicatos quandoque ad divina recipitis et sub eadem sententia decedentes ecclesiasticae traditis, reclamantibus vicinis ecclesiis, sepulturae, omnes illos reputando confratres, a quibus aliquid recipitis annuatim, licet non sint de familia vestra nec etiam caractere religionis vestrae signentur; et sic, ecclesiastica enervata sententia, dum praetio excommunicatos et interdictos vobis minus prudenter attrahitis et divina eis impenditis, iustitiam oppressorum contingit saepissime deperire. Ne igitur per abusionem concessionum vobis a sede apostolica indultarum concessa vobis merito subtrahantur et ecclesia Romana, quae hactenus vestrum ordinem paternis affectibus ampliavit, ad crebras conquerentium voces aliquid novum statuere compellatur[b], per quod ecclesiae rigor a vestra

[a] inconsultius *c.* [b] compellatis *c.*

[1] Imberto.

sit perturbatione indempnis, universitatem vestram rogamus, mone- 1194
mus attentius et per apostolica scripta praecipiendo mandamus, Mai 9.
quatenus ab ecclesiarum vicinarum iniuriis de cetero cautius abstinentes sententias ab archiepiscopo vel aliis praelatis rationabiliter latas firmiter observetis, ne, si ulterius ex iusta causa contra vos moti fuerint et sedi apostolicae quaerimoniam iterare coacti, dum manus illicite ad ius alienum extenditis, vestrum speciale forsitan amittatis. Nos autem venerabili fratri nostro Arelatensi archiepiscopo dedimus in mandatis[1], ut vos et alios, qui sententias eius temere violare praesumpserint, per censuram ecclesiasticam appellatione remota a sua temeritate desistere et satisfactionem congruam exhibere, nostra fultus autoritate compellat. Datum Romae apud S. Petrum septimo Idus Maii, pontificatus nostri anno quarto.

---

409. *Coelestinus III archiepiscopo Viennensi eiusque suffraganeis mandat, ut monasterium Montis-maioris ab iniuriis Pontii prioris et W. monachi tueantur.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 13915. fol. 166. s. XVII.

Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratri- 1194
bus . . Viennensi archiepiscopo[2] et suffraganeis suis salutem et Mai 12.
apostolicam benedictionem. Dilecti filii nostri . . abbas[3] et monachi monasterii Montis maioris transmissa nobis insinuatione monstrarunt, quod quidam eorum monachus, Pontius nomine, quemdam monasterii in comitatu Folcalcheriensi detinens prioratum, eiusdem comitis nequitiam imitatus, ascitis secum eius satellitibus et ministris castrum de Pertus et domum Cambiae, quae monasterio et fratribus ibidem Deo servientibus magna parte anni victualia ministrabat, per violentiam est ingressus et eiecto inde priore, qui ibi autoritate abbatis sui et capituli praesidebat[a], quemdam excommunicatum, quem habebat in tanta iniquitate participem, W. nomine, et motu et voluntate propria subrogavit, qui etiam castrum praedictum per aliquot dies in manu sua tenuit, bona loci diripuit et

[a] praevidebat *c.; fortasse* providebat *corrigendum est.*

[1] Vide epistolam d. 9. m. Maii 1194 datam in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 88 fol. 54, manu s. XVII: Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri (Imberto) Arelatensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Mirari cogimur plurimum etc. usque ad: nostra fultus autoritate compellas. Datum Romae apud S. Petrum septimo Idus Maii, pontificatus nostri anno quarto. [2] Roberto. [3] Fulco.

1194 Mai 12. vastavit, suique pernicioso exemplo plerosque ipsius monasterii monachos in consimilem errorem induxit suscitans in eis rebellionis et contumaciae spiritum et materiam resistendi et contra obedientiae iugum cervices damnabiliter erigendi. Unde cum iam dictus abbas vellet eos sub disciplina monachalis ordinis coercere, quidam eorum contra eum dicuntur proditorie coniurasse. Quia igitur quod in laicis puniretur acerrime, non debet impunitum in monachis praetermitti, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatinus veritate horum comperta memoratos monachos, si in vestra provincia poterunt inveniri, per suspensionis et excommunicationis sententiam ad devotionem et obedientiam abbatis sui cum omni humilitate redire, appellatione remota, nostra freti autoritate studiosius compellatis, ut in claustro suo iuxta ipsius abbatis arbitrium secundum ordinis disciplinam de praemissis excessibus corrigantur. Praedictas vero sententias tamdiu faciatis per ecclesias vestras singulis dominicis et festivis diebus denunciari solemniter et praecipiatis firmiter observari, donec fuerint, quae praemisimus, devotione debita prosecuti. Praeterea universitatem vestram monemus attentius et per apostolica vobis scripta mandamus, ut monasterium ipsum et iura sua speciali defensione tuentes a pravorum incursibus nostra et vestra pariter efficiatis auctoritate securum, ipsum et prioratus eius, in vestris parochiis constitutos, habentes ad precum nostrarum instantiam specialiter in Domino commendatum[a]; et si qui praedicti monasterii monachorum ab obedientia et dovotione abbatis sui temeritate aliqua resilirent et disciplinae subesse monasticae detrectarent, eos ad claustrum redire et abbatis sui correctioni parere, cum ab eodem abbate requisiti fueritis, appellatione remota per censuram ecclesiasticam compellatis. Datum Romae apud sanctum Petrum IIII Idus Maii, pontificatus nostri anno quarto.

---

410. *Coelestinus III universis fidelibus, ad festum S. Petri quondam archiepiscopi Tarantasiensis in monasterio Bellae-vallis convenientibus et ad ecclesiam in eius commemorationem construendam subsidia porrigentibus, viginti dies injunctae poenitentiae relaxat.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 870. fol. 176[b]. manu s. XVIII.

1194 Iun. 2. Celestinus episcopus servus servorum Dei[b] universis Christi fidelibus ad festum sancti Petri quondam Tarentasiensis archi-

[a] *corrigendum videtur* commendatos. [b] Celestinus etc. *c.*

episcopi ex devotione convenientibus et ad ecclesiam in eius commemorationem construendam de suis bonis praestantibus salutem et apostolicam benedictionem.[a] Dum recolimus illius sancti viri merita, quibus omnipotenti Deo laboravit in hoc seculo complacere, et diligenter attendimus, qualiter ipsum de fratrum nostrorum consilio propter opera sanctitatis, quibus studuit exercere, in sanctorum cathalogo duximus numerandum, operam libenter impendimus, ut ad honorem Dei illiusque commemorationem ecclesia cum decenti structura debeat fabricari. Et quoniam dilecti filii nostri fratres Bellevallis eam non sine magnis sumptibus intendunt erigere nec ipsam possent propriis sumptibus consummare, credentes vobis et animabus vestris fructuosum existere, si manum illis porrexeritis largitatis, rogamus universitatem vestram, monemus et exhortamur in Domino vobisque in remissionem iniungimus peccatorum, quatinus eisdem fratribus et eorum nunciis de bonis vobis a Deo praestitis congrua subsidia misericorditer erogetis itaque per subventionem vestram praescriptum opus ad laudem Dei valeat autore Domino consummari. Nos autem de Iesu Christi misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum meritis confisi, omnibus, qui ad festum supradicti sancti accesserint eique de bonis propriis ipsi operi contulerint subsidia opportuna, de iniunctis sibi penitentiis viginti dies misericorditer relaxamus. Datum Romae apud sanctum Petrum[b] IIII nonas Iunii, pontificatus nostri anno quarto. 1194 Iun. 2.

---

411. *Coelestinus III Tirasonensi, Oscensi et Oxomensi episcopis scribit, hereditatem eorum, qui Berengarium et Hugonem archiepiscopos interfecerint, ecclesiae Tarraconensi assignandam esse.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 107. fol. 100. manu s. XVII.

Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Tirasonensi[1], Oscensi[2] et Oxomensi[3] episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Districti iuris consideratio persuadet et cogit, ut pessimus ille W(illelmus) Raimundi, qui in B(erengarium) quondam Terraconensem archiepiscopum manus occisionis iniecit, tam in persona quam in facultate multetur. Unde fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus et in virtute obedientie districte precipimus, quatenus omnem hereditatem ipsius W. et 1194 Iun. 20.

[a] salutem etc *c.* [b] Petrum *addidi.*

[1] Iohanni. [2] Richardo. [3] Martino.

1194 Iun. 20. universorum complicium suorum, omni appellatione et occasione remota, Deum solum habentes prae oculis et nullum hominum formidantes, ecclesiae Terraconensi nostra freti auctoritate adiudicare et consignare curetis, ut ecclesia ipsa, quae eundem homicidam sibi persensit infestum, saltem aliquod solatium in habendo res et hereditatem eiusdem valeat experiri. Praeterea volumus et iubemus, ut illustrem regem Aragonum[1] moneatis diligenter et efficaciter inducatis, quod itidem faciat de rebus et hereditatibus illius alterius, qui Hugonem quoque, praedictae ecclesiae antistitem ab isto tertium, interfecit. Ad ultimum vero, quia fratres hospitalarii in quodam manso et aliis eidem Terraconensi ecclesiae plurimum iniuriosi existunt, annectimus in praeceptis, ut eos ad exhibendam super his plenitudinem iustitiae per censuram ecclesiasticam, non obstante appellatione, cogatis. Quod si omnes his exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Romae apud S. Petrum XII Calendas Iulii, pontificatus nostri anno quarto.

---

412. *Coelestinus III archiepiscopo Vesontionensi eiusque suffraganeis scribit de erigendo b. Petri quondam archiepiscopi Tarantasiensis corpore in monasterio Bellae-vallis sepulto.*

Bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 870. fol. 178. manu s. XVIII.

1195 Febr. 19. Celestinus episcopus servus servorum Dei[a] venerabilibus fratribus Bisuntino archiepiscopo[2] et suffraganeis eius salutem et apostolicam benedictionem.[b] Quoniam sicut fialae aureae odoramentorum plenae sancti[c] orationibus suis in conspectu altissimi ad abiciendam nostrorum criminum corruptelam odorem suavitatis emittunt, ita saluti nostrae credimus plurima expedire, si eorum in terris celebrare non[d] laxamus memoriam, ipsorum merita solempnibus recolendo preconiis, quorum in coelis[e] speramus intercessionibus assiduis adiuvari. Sane postulaverunt a nobis dilecti filii abbas[3] et conventus Bellevallis, ut quod de sancta conversatione, vita et meritis beati Petri quondam Tarentasiensis archiepiscopi, cuius venerabile corpus in eorum monasterio requiescit, plurima[f] certa indicia coram nobis et fratribus nostris quondam fuerunt relata et nos auditis virtutibus eius et miraculorum insigniis de fratrum

[a] Celestinus etc. *c.* [b] salutem etc. *c.* [c] sancti *addidi, hoc enim vel simile verbum excidisse patet.* [d] non *addidi.* [e] *sic scripsi pro* terris *cod.* [f] plurimo *c.*

[1] Alphonsum II. [2] Stephano aut Amadeo. [3] Herbertus.

nostrorum consilio sanctorum cathalogo censuimus adscribendum, in 1195
octavis apostolorum Philippi et Iacobi[1] eius corpus ab eo loco, quo Febr. 19.
positum fuerat, sicut decet[a] sanctum, solempniter erigi faceremus et eius festum eodem die annis singulis statueremus specialiter excolendum. Cum igitur lucerna eius sic arserit hactenus in hoc modo, quod per Dei gratiam iam non sub modio sed super candelabrum meruerit collocari in se ardens, per opera caritatis lucens aliis per exemplum[2], universitatem vestram monemus et hortamur in Domino per apostolica scripta mandantes, quatenus cum a praedicto abbate et fratribus fueritis requisiti ad iam dictum monasterium pariter accedatis et cum honore et reverentia, quam in talibus adhiberi oportet, corpus sancti viri ab eo loco, in quo positum fuerat, sicut decet sanctum, solempniter erigentes devotionem fidelium ad venerationem ipsius salubriter excitetis ipsumque festivitate solempni pronuncietis constituta die annis singulis specialiter excolendum. Datum Laterani XI Kal. Martii, pontificatus nostri anno quinto.

---

413. *Coelestinus III in parthenone Longipratensi ab Eleonora comitissa S. Quintini fundato numerum sexaginta sororum excedi vetat.*

Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 235 n. 13.

Celestinus episcopus servus servorum Dei dilecte in Christo 1196
filie . . priorisse Longiprati salutem et apostolicam benedictionem. Ian. 29.
Licet ad omnes curam oporteat apostolice provisionis extendi, personas tamen illas, que divinis sunt obsequiis deputate et propter fragilitatem sexus a perversorum se non possunt molestatione tueri, quadam specialitate patrocinio volumus apostolico confovere, ne rerum inquietatio mundanarum aut eos a proposito revocet vel robur, quod absit, sacre religionis infringat. Sane ex tua significatione ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod in cenobio tuo, quod dilecta in Christo filia nostra, nobilis mulier Elionor, comitissa sancti Quintini, in proprio fundo suis construxit expensis et possessionibus ampliavit, monastice religionis ordo iuxta institutionem (monasterii sancte[b]) Marie Fontis Eboraldi sit et observantiam institutus; ne sexagesimum numerum moniales in eo servientes excedant, dilectis in Christo filiabus . . abbatissa et conventu Fontis Eboraldi suum in hac parte assensum impendentibus et

[a] decenter *c.* [b] *Haec verba in autographo pene evanuerunt.*

[1] Die 8 m. Maii. [2] Cf. Matth. 5, 15 et Marc. 4, 21.

1196 Ian. 29. favorem, provida noscitur deliberatione statutum. Nos autem tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu institutionem ipsam, sicut provide ac sine pravitate facta est, ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostre paginam confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani IIII Kal. Febr., pontificatus nostri anno quinto.

414. *Coelestinus III Rainaldum electum a capitulo S. Marcelli decanum confirmat et magistro Philippo canonico Parisiensi, electioni illius contrario, silentium imponit.*

Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 235 n. 14bis.

1196 Apr. 1. Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus . . Senonensi archiepiscopo[1] et . . episcopo Parisiensi[2] salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius magister Egidius Parisiensis nostro se conspectui presentasset, vestras et dilectorum filiorum canonicorum ecclesie beati Marcelli Parisiensis nobis litteras assignavit, ex quarum tenore didicimus, quod cum eadem ecclesia decano fuisset diutius viduata, ipsi canonici dilectum filium Rainaldum, cui satis laudabile testimonium perhibetur, in suum decanum concorditer elegerunt, cumque eundem tibi, frater episcope, presentassent, a te fuit in sede pacifice collocatus et postmodum eum curasti (ad cumu)lum dignitatis ipsius in presbiterum ordinare. Nos igitur, quod per te et predictos canonicos de ipso . . . . . factum est, ratum habentes, decanatum ipsum eidem R(ainaldo) auctoritate apostolica duximus confirmandum. Quoniam autem magister Philippus canonicus Parisiensis huius facti aliquando extitit contrarius[a], presentium vobis auctoritate mandamus, quatenus ei de cetero super hoc silentium imponatis, si quid inter ipsum capitulum et eundem Philippum superfuerit questionis, (compon)atis que . . . . . componenda et causam ipsam appellatione remota fine canonico terminetis facientes . . . . . per censuram ecclesiasticam appellatione postposita firmiter observari, nullis litteris obstantibus, hac (?)

[a] *In autographo pene evanuit.*

[1] Michaeli. [2] Mauritio.

veritate tacita, a sede apostolica impetratis. Quod si ambo hiis 1196
exequendis nequiveritis interesse, tu, frater archiepiscope, ea nichi- Apr. 1.
lominus exequaris. Datum Laterani Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno quinto.[a]

---

415. *Coelestinus III Roberto abbati S. Germani de Pratis scribit de ecclesiis non vacantibus, ad instantiam nobilium quorundam clericis nonnullis concessis.*

Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 235 n. 16.

Celestinus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Roberto 1196
abbati S. Germani de Pratis salutem et apostolicam benedictionem. Mai 4.
Ea, que contra sanctorum patrum institutiones attemptata noscuntur, festinata convenit provisione corrigere, ne, si ea clausis oculis transeamus, prava in consuetudinem reducere videamur. Sane sicut ex parte tua nostre fuit audientie declaratum, cum tu et predecessor tuus quasdam non vacantes ecclesias ad instantiam quorundam nobilium quibusdam clericis concesseritis contra Lateranensis instituta concilii propter pensiones, quas ecclesia S. Germani eisdem clericis annis singulis tenetur exolvere, iacturam sustinet non modicam et gravamen. Cum igitur id sacris noscatur canonibus inimicum, nos easdem concessiones in irritum revocantes a solvendis pensionibus te et ecclesiam tuam de cetero duximus absolvendum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum IIII Non. Maii, pontificatus nostri anno sexto.

---

416. *Coelestinus III Roberto abbati S. Germani de Pratis scribit de monasterii officiis in feudum concessis ac de caducis bonis, quae monasterio de immobilibus acciderint.*

Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 235 n. 17.

Celestinus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Roberto 1196
abbati sancti Germani de Pratis salutem et apostolicam benedictio- Mai 18.
nem. Tuarum nobis exposuit continentia litterarum, quod, cum predecessores tui plures homines, ut tue ecclesie deservirent, de officiis

[a] *Scriptura adhibitis liquoribus in nonnullis locis legi iam nequit.*

1196 infeodarint, id in maximum dicitur ecclesie dispendium redundare.
Mai 18. Solet enim multociens sicut dicitur evenire, ut, cum aliquem de predictis feodatis mori contingit, quidam laici prepotentes, quibus maiora petentibus licet invitos adquiescere vos oportet, aliquem hominum suorum in illius officio substitui cum importunitate deposcunt. Unde multi taliter instituti eandem institutionem non ecclesie, cui tenentur, sed suis dominis ascribentes bona ecclesie servitio deputata diripiunt et eisdem bonis tanquam improvidi abutentes dominis suis potius eligunt quam ecclesie deservire. Ut igitur perverse consuetudines in ecclesiarum dispendium redundantes apostolico moderamine reprimantur, cum de statu ecclesiarum teneamur propensius cogitare, auctoritate presentium firmiter inhibemus, ne ad receptionem talium in eisdem officiis tu vel successores tui de cetero prestare velitis assensum. Ad hec nichilominus interdicimus, ne tu vel successores tui caduca hominum vestrorum, que vobis de inmobilibus acciderint, aliis quam hiis, quos monasterii vestri homines esse constabit, deinceps vendere aliquatenus vel concedere presumatis. Sententiam autem, quam te nobis significasti super hoc in capitulo protulisse, ratam habemus et eam volumus firmitatem debitam obtinere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum licitum sit, hanc nostre paginam inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani XV Kal. Iunii, pontificatus nostri anno sexto.

---

417. *Coelestinus III Henrico quondam episcopo Virdunensi, abbati S. Eucharii et decano Trevirensi mandat, ut ecclesiam de Aureio a Simone quodam monasterio S. Petri de Monte restitui faciant.*

Bibl. nat. Paris. Chart. S. Petri de Monte scr. a. 1392.
ms. lat. 12866. fol. 7.

1196 Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri H(en-
Mai 22. rico) de Castris, quondam Virdunensi episcopo, et dilectis filiis abbati Sancti Eucharii[1] et decano Treverensi[a][2] salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii, conventus sancti Petri de Monte sua nobis insinuatione monstravit, quod, cum ecclesia de Aureio vacans a bone memorie Stephano quondam Metensi episcopo canonice ipsis

[a] Treuen̄ c.

[1] Godefrido. [2] Guillelmus.

collata fuisset et etiam auctoritate apostolica confirmata dilectus filius 1196
abbas[1], qui nunc eidem monasterio praeest, ad petitionem ipsorum Mai 22.
fratrum fructus ecclesie praedicte ad eorum usus proprios deputavit et, ne donum illud posset ullatenus irritari, super hoc iuratoriam, sicut dicitur, praestitit cautionem. Postmodum vero pravo ductus consilio, contra iusiurandum venire non metuens, in anime sue periculum quendam clericum, Symonem nomine, in ecclesie ipsius possessionem violenter intrusit. Volentes igitur, sicut et debemus, praedictorum fratrum iuri adesse, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si praemissis veritas suffragatur, amoto a praedicta ecclesia quolibet illicito detentore, ipsam conquerentibus, sublato appellationis obstaculo, cum fructibus inde perceptis restitui, sicut iustum fuerit, faciatis, nullis litteris veritati et iusticie praeiudicium facientibus a sede apostolica impetratis. Quod si omnes hiis exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani XI Kal. Iunii, pontificatus nostri anno sexto.

418. *Coelestinus III omnibus ecclesiam S. Germani de Pratis (Paris.) diebus quibusdam visitantibus concessam ab Alexandro III indulgentiam viginti dierum confirmat.*[2]

Autogr. in Tabul. nat. Paris. L. 235 n. 16bis.

Celestinus episcopus servus servorum Dei universis Christi fide- 1196
libus per regnum Francorum constitutis salutem et apostolicam Mai 28.
benedictionem. Certum est et multarum scripturarum testimonio comprobatum, qualiter beato Petro celorum regni clavigero dominus ac redemptor[a] noster Ihesus Christus ligandi atque solvendi plenam tribuit potestatem illis precipue verbis, quibus locutus est dicens: *Tu es Petrus et super hanc Petram edificabo ecclesiam meam, et quodcumque ligaveris super terram, erit (ligatum e)t in celis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celis.*[3] Hanc eandem potestatem cunctis successoribus eius ab eodem redemptore domino nostro fuisse collatam a nullo, qui sacrarum habeat intelligentiam scripturarum, credimus ignorari. Ex eademque potestate nobis, qui in beati Petri cathedra licet indigni accessimus, a domno Ihesu Christo concessa, cum ecclesie sancti Germani Parisiensi, que proprie ad ius sacrosancte Romane ecclesie pertinet, felicis recorda-

[a] redeptor *autogr.*

[1] Petrus. [2] Cf. supra ep. 240. [3] Matth. 16, 18 et 19.

1196 Mai 28. tionis Alexander papa, predecessor noster, munus dedicationis impenderit et de communi fratrum episcoporum ac cardinalium consilio unum annum de iniuncta penitentia cunctis Dei fidelibus a die dedicationis usque ad octavas pentecostes illuc causa devotionis euntibus relaxaverit et hiis, qui in anniversario ipsius dedicationis die et tribus diebus sequentibus illuc accesserint, viginti dies iniuncte penitentie statuerit indulgendos, nos de beatorum Petri et Pauli meritis confidentes indulgentiam ipsam viginti dierum, sicut a memorato predecessore nostro statuta est in quolibet anni circulo permansura, ratam habemus et ipsam in perpetua firmitate manere statuimus. Universitatem itaque vestram monemus et exhortamur in Domino, quatinus ita corde contrito et humiliato ad eundem locum annis singulis accedatis, ut non alia quam sola devotionis causa illuc accedere videamini et ab omnipotente Domino vestrorum mereamini indulgentiam delictorum. Datum Laterani V Kal. Iunii, pontificatus nostri anno sexto.

---

419. *Coelestinus III episcopo Virdunensi et abbatibus Belli-loci et S. Vitoni mandat, iudicent inter fratres S. Petri de Monte et Fredericum militem, redditus allodii cuiusdam monasterio debitos solvere recusantem.*

Bibl. nat. Paris. Chart. S. Petri de Monte scr. a. 1392.
ms. lat. 12866. fol. 8.

1196 Iun. 3. Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Virdunensi episcopo[1] et dilectis filiis Belli loci[2] et sancti Vitoni[3] abbatibus in Virdunensi dyocesi constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum . . abbatis[4] et conventus sancti Petri de Monte fuit in audientia nostra propositum, quod, cum bone memorie nobilis mulier Laureta quondam comitissa de Brieio undecim libras et dimidiam Cathalaunensis monete, quas annuatim habebat in alodio suo de Marsal, ipsis in elemosinam solo devotionis intuitu in ultima voluntate legasset, super quo littere confirmationis fuerunt ab apostolica sede obtente, Fredericus miles Tullensis dyocesis, ad quem praedictum allodium successionis est ordine devolutum, eamdem elemosinam illicite occupavit et eam pro sexaginta marchis et amplius Henrico[a] de duobus pontibus nomine pignoris obligavit. Volentes igitur, ut elemosinarum largitiones in

[a] Hanrico *c.*

[1] Alberto. [2] Theoderico? [3] Hugoni. [4] Petri.

debita tranquillitate permaneant, quae non possunt absque anima- 1196
rum periculo ab aliquibus occupari, discretioni vestre per apostolica Iun. 3.
scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis hinc inde proposita et causam inter eos appellatione remota mediante iustitia terminetis. Quod si omnes hiis exequendis nequiveritis[a] interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani III Non. Iun., pontificatus nostri anno sexto.

---

420. *Coelestinus III fratribus S. Crucis Burdegalensibus indulget, ne in monasterium recipiant nisi eos, qui litterarum scientia vel morum honestate commendantur.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12771. fol. 223. s. xvii.

Coelestinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati[1] 1196
et conventui sanctae Crucis Burdegalensis salutem et apostolicam Sept. 12.
benedictionem. Cum a nobis petitur, quod a iustitiae tramite non discordat et aliquid continet honestatis, ex iniuncto nobis apostolatus officio et omni diligentia illud tenemur suscipere et nostrum praebere assensum pariter et favorem. Ex insinuatione siquidem vestra, dilecti in Domino filii, nostris fuit auribus declaratum, quod quidam idiotae et non legitime nati occasione litterarum a sede apostolica impetratarum fraternitatem vestram non sine magno ecclesiae vestrae dispendio sunt adepti. Nolentes igitur, ut exinde abbatia vestra ulterius patiatur dispendium et gravamen, devotioni vestrae autoritate apostolica duximus indulgendum, ne aliquos in consortium vestrum de cetero recipiatis, nisi quos litteralis scientia vel morum honestas vel proborum virorum opinio habuerit commendatos. Datum Laterani II Id. Sept., pontificatus nostri anno sexto.

---

421. *Coelestinus III Henricum imperatorem obsecrat, ut fame Romae orta frumentum transmittat.*[2]

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. fol. 249. Scripsit Martene.

Epistola Coelestini papae III ad Henricum[b] V[3] imperatorem.[c]

Coelestis altitudo consilii alta et ineffabili pietate universa dis- 1196.
ponens rerum vicissitudines non sine dispositione certae rationis

[a] nequeritis *c.* [b] *Verba* Coelestini *et* Henricum *superscripta sunt; prius enim posita erant verba:* Urbani *et* Fridericum. [c] *Sequitur in codice lemma hoc:* Rogat ut

[1] Arnoldo. [2] Epistola haec nimis scholam redolet. [3] nobis VI.

1196. alternat, nunc egentes faciens abundare, nunc abundantes egere, ut humana conditio per alternationem huiusmodi saeculi sui status instabilitatem agnoscat et alteri sibi compatienti subveniens impleat legem Christi, qua iubemur proximos nostros diligere et alterum alterius onera supportare. Ecce quia famem vocasse videtur Dominus super Urbem et in ea fomentum panis graviter decrevisse, nonnulli tamen ipsius Urbis, quo abundare nulli dubium est, malitiose suam abundantiam occultantes nequaquam illud maledictum advertunt: „Maledictus homo, qui frumentum abscundit[a] in populo"[1], non curantes illam benedictionem accipere, de qua continue subinfertur: „Benedictio autem super caput vendentium"[1], nec denique attendentes, quod necessitas huiusmodi abundanti tribuit magnam materiam diminuendi peccata et divinam gratiam ulterius promerendi. Urgente igitur necessariorum inopia, confluunt ad nos populi multitudo, quos sine lacrymis audire non possumus, alimenta deposcens et nec aliter, quam si lapides convertere possimus in panem aut in farinam terrae pulverem commutare. In huiusmodi ergo necessitatis articulo ad te, fili, duximus fiducialiter recurrendum, recognoscentes, quod felicis recordationis Alexander et Lucius, Romani pontifices, praedecessores nostri, ad reges Siciliae praedecessores tuos in casu simili habuere recursum et eos liberales, prout regalem magnificentiam decuit, invenerunt; quod de tua liberalitate non indigne praesumitur, cum non minores habeamus ad te caritatis affectum, quam ad ipsos habuerunt pontifices antedicti, nec minorem, quam fuerit eorundem regum ad illos, tuam[b] ad nos benivolentiam existimemus.[c] Imperialem itaque liberalitatem omni, qua possumus, affectione deposcimus, quatenus prudenter attendens gratiam promerendi divinam populumque Romanum ad dilectionem potius gratiam sibi desuper tibi datam hilariter amplectendo vero Iosep[d], qui pari necessitate patrem pavit et fratres, ipsi populo, qui tamquam ad patrem exuriens ad nos clamat, debeas largitatis tuae dextram aperire, ut huiusmodi articuli angustias per auxilium tuum evadere valeamus et generatio haec opera tua laudet et hanc tuae memoriam largitatis, preces nostras ita hilariter et efficaciter auditurus[d], quod ab omnium largitore bonorum tuam agnoscere abundantiam comproberis, ne frustra videaris praeceptum dominicum habuisse; nam si

mittat frumentum in Urbem tempore famis. *In margine apposita verba sunt* Anno 1196. Ex ms. Colbertino.

[a] *sic c.* [b] quam tuam *c.* [c] extimemus *c.* [d] *textus hoc loco depravatus est.*

[1] Cf. Proverb. 11, 26.

videres, nos hanc necessitatem habere, nobis contra spem nostram 1196.
tua viscera clauseris pietatis, quod absit, videaris nobis auferri de tua liberalitate fiduciam, si passi fuerimus in tam favorabili causa piam petitionem[a] repulsam.

---

422. *Coelestinus III episcopo Valaniensi concedit, ut successoribus eius nullum praeiudicium generetur eo, quod signum crucis iuxta consuetudinem fratrum hospitalis Hierosolymitani in vestibus portare promiserit. Alia addit.*

Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 235 n. 19.

Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . 1197
Valaniensi[1] episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Cum Mai 8.
eius vicem gerimus in terris, qui pacem, quam natus per angelos bone voluntatis hominibus nunciavit, resurgens postmodum evangelizavit discipulis per se ipsum, non debet aliquibus ammirationem aliquam generare, si pro bono pacis ea concedamus aliquando, que non essent aliter concedenda. In tantum etenim ecclesia Romana dissensionis vitium detestatur et concordie amplectitur unitatem, ut ad tollendam iurgiorum materiam et inter ecclesie filios pacis federa reformanda quedam fieri dispensative concedat, que alias forsitan prohiberet. Unde si quid pro bono pacis preter iuris rigorem de licencia sedis apostolice aliquando statuitur, non debet a posteris in argumentum assumi, ut quasi tractum ad consequentiam aliquibus possit in suo iure preiudicium generare. Sane cum olim ad sedem apostolicam accessisses et varie inter te ac dilectos filios nostros fratres Ierusolimitani hospitalis proposite fuissent in nostra et fratrum nostrorum audiencia questiones, tandem, ut omnis questio sopiretur, signum crucis iuxta consuetudinem eorundem fratrum, de quorum consortio in episcopum fuisti Domino disponente vocatus, portare in vestibus promisisti et de indempnitate hospitalis super castro Margati de licencia nostra eos reddidisti tuo iuramento securos. Quia vero dubitas, ne successores tui exemplo simili crucem deferre et idem sacramentum dictis fratribus prestare cogantur, petitionibus tuis grato concurrentes assensu presentium auctoritate statuimus, ut per hoc nullum eis preiudicium generetur, nisi predecessores tuos dominis Margati illud constiterit prestitisse. Ad hec libertates et immunitates Valaniensis ecclesie et consuetudines

[a] pia petitione *c*.

[1] Series episcoporum Valaniensium adhuc inexplorata est.

1197 Mai 8. approbatas, sicut tempore predecessorum tuorum servate noscuntur, ratas haberi decernimus et inviolabiliter observari, salvis privilegiis et omni iure eiusdem et Ierosolimitani hospitalis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc statuti nostri paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani VIII Idus Maii, pontificatus nostri anno septimo.

---

423. *Coelestinus III ab abbate Ribomontensi benedicendo palafredum seu cappam sericam seu aliquod aliud exigi vetat.*

Tabul. nat. Paris. Chart. Ribomont. s. XIII. LL. 1015 1) fol. 55 et 2) 79[b].

1197 Dec. 6. Celestinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis conventui sancti Nicholai de Pratis[1] salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu auctoritate apostolica sub excommunicationis pena districtius inhibemus, ne quis ab electo vestro, qui pro tempore fuerit, pro benedictione ipsius vel pro deducendo seu locando eum in sede sub obtentu alicuius consuetudinis palefridum[a] seu capam sericam seu aliquid aliud, cum simoniacam sapiat pravitatem, exigere audeat vel extorquere presumat. Nulli ergo omnino hominum licitum sit, hanc nostre paginam inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Laterani VIII Id. Decembris, pontificatus nostri anno septimo.

424. *Coelestinus III Lincolnensi ac Londonensi et abbati de Br. mandat, ut episcopum Dunelmensem a iurisdictione Eboracensis eximant; archiepiscopum intra octavam b. Martini ad sese mitti jubet.*

Bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. fol. 252. Scripsit Martene.

1191–98. Coelestinus papa III Lincolniensi[2] et Londonensi[3] episcopis et abbati de Br. Cum ea de fratribus et coepiscopis nostris[b] ad aures

[b] palafridum 2. [b] *Si scripsi pro* corporis nostri *cod.*

[1] vel Ribomontensi. [2] Hugoni. [3] Richardo.

apostolatus nostri perveniunt, quae non solum[a] contra pontificalis ordinis gravitatem sed et in praeiudicium et militiae clericalis infamiam committuntur, gravi quamvis moerore conficimur et, quantum ea mente volvimus, intensior cordi nostro dolor cumulatur. Cum itaque venerabili fratri nostro Eboracensium[b] archiepiscopo gratiam istam communi fratrum nostrorum consilio et deliberatione fecerimus, quod venerabilem fratrem nostrum Dunelmensem[1] episcopum dudum per felicis memoriae praedecessores nostros a sua iurisdictione exemtum in eius plenariam potestatem sicut metropolitani proprii redegerimus, et ipsum a legatione fratris nostri Eliensis[2] episcopi emancipavimus, sperantes eius opera maturiori deinceps providentia et gravitate . . . . . .[c]; ex insperato accepimus, propter sententiam suspensionis ab omni episcopali et sacerdotali officio et excommunicationis in ipsum et suos et quosdam alios temere iaculatam, quam post multas detractiones ab utriusque partis procuratoribus celebratas irritam denunciavimus et manere, ipsum iterum excommunicationis sententia in festo purificationis S. Mariae[3] praedictum episcopum et clericos suos et omnes ei communicantes innodavit[d], per episcopatum suum eamdem fecit sententiam publicari sub anathematis interminatione prohibens, ne per episcopatum Eboracensem eidem episcopo a quoquam exhiberetur hospitium vel quaelibet victualia venderentur; quodque crudelissimum et auditu est horribile, altare de Boustant pro eo, quod praefatus episcopus in eo celebravit nec alium celebrantem audivit, contra omnem potestatem et reverentiam Iesu Christi subverti fecit. Nolentes igitur, quod tam graves et enormes excessus occasione benevolentiae nostrae ac potestatis eidem archiepiscopo gravitate affectionis speciali contra patrum ac praedecessorum nostrorum statuta indultae impuniti remaneant et aliis perpetrandi simile detur exemplum, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus et diserte praecipimus, ut, si quae praediximus vera esse noveritis, dictas sententias auctoritate nostra omnino cassantes et per ecclesias vestras irritas esse denuntiantes, Dunelmensem episcopum et ecclesiam suam cum omnibus suis clericis et ecclesiis suis, donec idem episcopus vixerit, ab Eboracensium[e] archiepiscoporum iurisdictione auctoritate nostra, cessante appellatione, penitus eximatis, sicut eum tempore[f] 1191–98.

[a] non solum *addidi.* [b] Eberorum *vel* Ebororum *c.* [c] *lacunain cod.* [d] innodatis *c.* [e] Ebororum *c.* [f] eum tempore *scripsi pro* ipse *cod.*

[1] Hugonem † 1195 aut Philippum. [2] Guilielmi † 1197 aut Eustachii. [3] die 2. Febr.

1191–98. felicis memoriae praedecessoris nostri fuisse constiterit exemtum et ipsum archiepiscopum, cessante appellatione, intra octavam b. Martini[1] ad praesentiam apostolicam transmittatis, salvo suo et Eborum ecclesiae iure, postquam Dunelmensis episcopus de medio fuerit divina narratione[a] sublatus. Dignum est enim, ut, quia idem archiepiscopus permissa sibi abusus est potestate, indulti sibi privilegii beneficio alienus existat, ut, in quo peccavit, in hoc de censura sedis apostolicae puniatur.

[b] *corrigendum videtur* dispositione *seu* vocatione.

[1] d. 11—18. Nov.

INITIA EPISTOLARUM

COMPOSUIT

I. F.

num. ep.

A memoria nostra non 266
Absit autem 45
Ad apostolice sedis 225
Ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod, cum canonici . 370
Ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod cum recolendae 272
Ad audientiam apostolatus nostri quorundam 355
Ad audientiam nostram noveritis 376
Ad hoc episcopalem 164
Ad hoc ex dispositione 372
Ad hoc in ecclesia Dei 398
Ad id, quod fecimus 210
Ad nostram noveris 276
Ad tuum spectat 189
Adeone te in 28
Adversus fraternitatem 154
Adversus moniales 217
Aequum et rationabile 196
Anastasius Romane 5
Andreas et Iohanna 29
Anno dilectissimus 93
Apostolicae auctoritatis 37
Apostolice sedis auctoritate . . 263
Attendentes merita 334
Attendentes quam sit indignum . 256
Auctoritatis nostre 128
Audgarius venerabilis 55
Audientes a pluribus 324
Audito quod dilectus 312
Auditum nostrum 123
Audivimus abbatem 143
Audivimus Hugonem 74

num. ep.

Audivimus, te 129
Avidius et ardentius 47

Balmensem abbatem 178

Causa super controversia . . . 228
Causam cella 145
Causam, que inter 300
Celsitudinem vestram 40
Certe dixi, ut 19
Certum apud nos 160
Certum est et multarum . 240 418
Certum est, Tornacensem . . . 184
Claret intelligentie tue 88
Clericis igitur, qui 133
Coelestis altitudo 421
Confessus es, te per 107
Conquerentibus nobis dilectis . 253
Conquesti sunt nobis 368
Conquestus est Bernardus . . . 110
Constitutus in presentia . . . 237
Consuluit parvitatem 108
Continetur in scripto quodam . 254
Controversia, quae inter . . . 166
Controversiam, quae inter 159 176 232
Crimen istud, quod 106
Cum a nobis petitur, quod a iustitiae 420
Cum a nobis petitur, quod iustum 423
Cum apud sanctum 173
Cum bonae memoriae A(lbertus) 404
Cum bonae memoriae Petrus . . 357
Cum causa, quae inter 241
Cum commissae nobis 326

num. ep.
Cum dilecti filii nostri 397
Cum dilectus filius magister Egidius 414
Cum dilectus filius noster magister Herbertus 347
Cum dilectus filius noster magister Teobaldus 333
Cum ea de fratribus 424
Cum ea, quae 148
Cum ecclesia vestra magnam . . 350
Cum eius vicem gerimus . . . 422
Cum ex divinae dispensationis . 361
Cum felicis memoriae Alexander 384
Cum frater noster Meldensis . . 328
Cum fraternitati tue 313
Cum I. diaconus 293
Cum inter abbatem 302
Cum monasterium vestrum ad nos et 388
Cum omnino sit indecens . . . 269
Cum omnium virtutum 186
Cum ordinem Cisterciensem . . 341
Cum pro integranda 329
Cum procurator vester 301
Cum prudentiam tuam 63
Cura commissae nobis 326
Cura et sollicitudo universalis . 251

De prefato episcopis 54
De provisione illorum 332
De Secundo vero 38
De Siracusanae 26
Debent subditi 126
Debet propriae ruinae 183
Decessorum statuta 20
Decet nos religiosa 260
Decet nos viros ecclesiasticos . . 257
Decimas a populo 152
Deficientium voluntas 11
Desposco ne ab hac 43
Devotionem vestram 119
Diaconum, de quo 77
Dilectae in Christo filiae . . . 364
Dilecti filii conventus 417
Dilecti filii nostri abbas et fratres S. Crucis 258
Dilecti filii nostri abbas et fratres S. Ghisleni 390
Dilecti filii nostri abbas et monachi 409
Dilecti filii nostri fratres . . . 366
Dilecti filii nostri Philippus . . 229
Dilecti filii nostri prior et monachi de Villafranca 387
Dilectionis tue suggestione . . 24
Dilectissimi filii nostri 150
Dilectorum filiorum nostrorum de Vechiis 356
Dilectorum filiorum nostrorum prioris 205

num. ep.
Dilectum filium T. medicum . . 267
Dilectus filius noster Erbertus . 170
Dilectus filius nosterLatigniacensis 250
Dilectus filius noster R(ichardus) 215 216
Districti iuris consideratio . . . 411
Dudum quidem 25
Dum recolimus illius 410

Ea nobis est de tue 292
Ea, quae a nobis ratione praevia 391
Ea, quae ad propositum . . . 394
Ea, quae contra sanctorum . . 415
Ea, quae in profectum 315
Ea, quae nostri auctoritati . . 340
Ecclesia S. Genovefae 20
Eorum, qui in 127
Eos, qui in Ispaniam 82
Epistola tue relligionis 45
Equum et rationabile 196
Erubescant 101
Estimabamus, quod frater . . . 319
Et venientium ad 206
Ex Calcedonensi 219
Ex commisso nobis officio . . . 248
Ex conquestione G. clerici . . 365
Ex conquestione R. clerici . . 363
Ex consideratione 135
Ex his, que de te 320
Ex iniuncto nobis 236
Ex insinuatione dilectorum . . 403
Ex litteris Aurelianensis . . . 291
Ex parte abbatis sancti . . . 259
Ex parte dilecti 208
Ex parte dilectorum 419
Ex parte venerabilis fratris nostri Arelatensis 395
Ex parte venerabilis fratris nostri episcopi 362
Ex relatione tua iam 246
Ex suscepte dispensationis . . 234
Ex transmissa relatione dilectorum 247
Ex vestra fuit nobis parte . . 407
Experientie tuae 31
Exsecrabilis sacrilegii 7

Faciemus ut non 26
Fili in Christo karissime . . . 130
Filii dilectissimi, unum est . . 50
Filius noster 12
Filius noster Erbertus 171
Filius noster Guilelmus . . . 198
Frater noster Richerius 81
Fraternitatem denique vestram . 68
Fraternitatem tuam credimus . 282
Fraternitatis tuae scripta . . . 155
Fraternitatis vestrae literas . . 213
Fratres karissimi 17
Fratres Maioris-monasterii . . 139

num. ep.

Fratres monasterii 161
Frequens equidem 10
Fulconem Carturcensem . . . 71

Gemens etiam gravi 37
Glyrius nisi ab 13
Gratum nobis est et acceptum . 255
Gratum nobis est plurimum . . 264
Gravamur quoniam 167

Heredes antistitis 21
Hernolfus Sanctonensis 87
Honestatem ac religionem . . . 369

Ignorant miseri 80
Ille, qui ordinandus est . . . 84
Illud quoque presentibus . . . 36
Imperatoriam excellentiam . . 268
In eminenti sedis 226
In his, que ad salutem 309
In loco apostolorum 231
In sede iustitie 182
Indebite molestationis 359
Iniunctae nobis amministrationis 249
Iniustum est 78
Inquisitum est a 91
Insinuarunt nobis 396
Intelliximus, quod cum 399
Inter dilectum filium 181
Inter Eucaristum 22
Interim tamen 54
Invento in quodam scripto . . 242
Iocundus presbiter 39
Iohannis fratris et 23
Iohanni viro glorioso 34
Iudicio sancti spiritus 103
Iudicium, quo tamquam . . . 75
Iustis petentium desideriis . . 285
Iustis petentium desideriis dignum 338
Iustis petentium desideriis facilem 239
Iustis peticionibus 335
Iustis postulacionibus religiosorum virorum assensum 337
Iustis postulacionibus religiosorum virorum facilem 290
Iustum est, ut 18
Iuxta confratrum 144
Iuxta sanctorum 137

Landolfus quoque 118
Lantium Nucerinum 118
Latigniacense monasterium . . 174
Latigniacensis ecclesie 235
Latore presentium 156
Licet ad omnes 413
Licet antiquis temporibus . . . 76
Licet devotionis 105
Licet nostre auctoritatis . . . 69
Licet omnibus simus 308

num. ep.

Licet regulis 18
Litteras fraternitatis tuae . . . 199
Litteras tuae dilectionis . . . 52
Litteris suis significavit . . . 102
Lupenandum presbyterum . . 53

Magna nuper instantia 177
Magnitudinis tue litteras . . . 325
Maioribus ecclesie redditibus . . 314
Mandamus fraternitati 132
Memoriter retinere vos 200
Mercennarius esse 60
Metropolis vestra 187
Michael Pensauriensis 87
Minus diligenter iniunctum . . 270
Mirari cogimur plurimum . . . 408
Miror minus 58
Missi vestri consuluerunt . . . 40
Missis presentibus litteris . . . 1
Monemus fraternitatem tuam . . 100
Monasterium Montis maioris . . 172
Monasterium sancti Florentii . . 218
Mortuus est . . . . . , . . . 56
Multa ecclesie principes . . . 126
Multa etiam a 126
Multa videntur mala 121
Multorum relatione didicimus . 48
Mutinensi antistiti 97

Neque litteris praedecessoris . . 138
Nobilitati vestre notum . . . 99
Non absque dolore 402
Non credidimus hactenus . . . 278
Non est in hac humane . . . 392
Non ignorat tua 191
Non immerito gaudii 351
Non parum miramur 104
Non parve vesanie est 80
Non sine ammiratione 304
Non sine iniuria 322
Non solum vetusti 14
Nos de infamia 96
Nos omnino cassamus 101
Nos statuta antecessorum . . . 62
Noscit fraternitas tua 89
Nosti enim, frequenter 32
Notum sit omnibus 67
Notum vobis sit 79
Noverit sanctitatis tua 44
Noveritis, nos Ribertum . . . 86
Nuntios et litteras 275

Officii nostri nos 149
Officio nostro congruit 311
Officio pietatis inducimur . . . 294
Omnes leges tam ecclesiastice . 83
Omnipotentis Dei benignitatis . 378
Oportet 61

num. ep.

Ordinationes, ab Eustacio . . . 113
Ordinationes et dedicationes . . 95

Pastorali moderamini decet . . 66
Pastoralis sollicitudo, quam . . 245
Pastores et praelati 165
Per alias litteras nos 305
Per merita beatae 147
Perlatus est clamor ad aures nostras, quod ecclesias 197
Perlatus est clamor ad aures nostras, quod uxor 188
Perlectis litteris 41
Pervenit ad aures 124
Pervenit ad nos ex conquestione dilectorum 317
Pervenit ad nos ex conquestione dilectorum 367
Pervenit ad nos ex conquestione prioris 375
Pervenit ad nos ex transmissa . 283
Pervenit ad nos, quod licet . . 360
Pervenit autem ad nos 284
Petimus, ut Paulinum 35
Post discessum C. et L. . . . 220
Postquam ab episcopo 157
Postulationi vestrae 142
Praedecessor noster 194
Praefatum clericum 98
Praefatus archiepiscopus . . . 51
Praesentium lator Hugoni . . . 90
Praesentium lator Raimpuldus . 117
Praesentium portitor 70
Praeterito anno 33
Preces que nostro 405
Presbiterum autem Luponem . 57
Presbiterum, quem apostolice . 92
Priscillianus 2
Pro ecclesiarum incremento . . 252
Pro integratione prebende . . . 321
Pro statu ecclesiarum 382
Pro varietate personarum . . . 274

Quae in canonibus 112
Qualiter per apostolice 72
Quam parum sit 303
Quamvis is, qui reducitur . . . 27
Quanta sit obedientiae 379
Quanto amplius beati 192
Quanto b. Benedicti 207
Quanto beneficia graciora . . . 385
Quanto coenobium vestrum . . 386
Quanto dilecti filii nostri . . . 342
Quanto in ecclesia Dei locum . 380
Quanto magis habundante . . . 373
Quanto monasterium sancti . . 371
Quanto monasterium vestrum . 295
Quanto nobis et ecclesie . . . 265
Quanto sacrosancta Romana . . 230

num. ep.

Quanto sincerius 331
Quanto specialius coenobium . . 389
Quanto specialius dilectum . . 349
Quanto specialius monasterium . 318
Quanto te sicut regem 379
Quemadmodum apostolicae . . 203
Quemadmodum apostolicae . . 238
Querela Andree 346
Querela dilecti filii 307
Querelam dilectae in 401
Querelam dilectorum filiorum abbatis 299
Querelam dilectorum filiorum nostrorum 222
Querelam, quae 141
Querelarum enormitate 8
Qui sibi preesse 63
Quia consuetudo 125
Quia, cum res sit 16
Quia devotionis tue 111
Quia omnis potestas 214
Quia post multos 36
Quidam parrochiani 168
Quidam sane se. 49
Quod vos de beati 193
Quoniam ad nostram 202
Quoniam de tua electione . . . 211
Quoniam dilectus filius noster . 344
Quoniam in agro 271
Quoniam infra 140
Quoniam Secundus 30
Quoniam, ut ait apostolus . . 374
Quoniam sicut accepimus . . . 243
Quoniam sicut fialae 412
Quorundam relatu fidelium . . 62
Quotiens aliqua digna 244
Quotiens illud a nobis 179
Quotiens peccatis exigentibus . 352

Recepimus querelam 306
Receptis vestre devotionis . . . 281
Rediens ad nos dilectus . . . 316
Relationis vestrae tenore . . . 353
Relatum apostolice sedi . . . 94
Relatum est nobis ex parte tua 354
Relatum est nobis ex parte vestra 358
Religionis probatur iniuria . . 3
Religionis vestre peticionem . . 136
Reparatum quoque 10
Rerum exitus discretus 212
Res ad nos omnino 261
Res una 43
Retulit nobis G. 280
Retulit nobis Rainbaldus . . . 73
Ricardi Troarnensis 201
Rogabas, ut presbitero 114

Sacrilegum esse et 185
Sacrosancta Romana ecclesia . . 286

num. ep.
Sacrosancta (Romana ecclesia) . 330
Sancta mater 169
Sancti Niceni concilii 59
Sanctorum canonum transgressor 65
Sciatis, nos Ribertum 85
Scitis namque 122
Sed presbiteros et 35
Sedis apostolice liberalitas . . 158
Si ad tuam diocesim 15
Si apud sublimitatem 40
Si conscientia secura 9
Si forte cor eorum 37
Si matri tenemur 287
Si melioribus de clero 84
Si nos, qui pre 41
Si professionem officii 343
Si quando postulatur a nobis . 339
Si quem lapsorum 131
Si quis clericus 120
Si quod non credimus 47
Si temporis pateretur 6
Si vester electus 64
Sicut apud nos 153
Sicut audivimus 163
Sicut dilectorum filiorum . . . 377
Sicut ex relatione 233
Sicut ex tua est 406
Sicut filiorum nostrorum . . . 227
Sicut mater 162
Significante nobis dilecto . . . 400
Significante nobis fratre . . . 288
Significante venerabili fratre . . 383
Significantibus nobis dilectis filiis nostris abbate 273
Significantibus nobis dilectis filiis nostris priore 336

num. ep.
Significatum est nobis ex parte . 262
Significatum est nobis, quod clerici 393
Significatum est nobis, quod cum magister. 345
Significavit nobis dilectus . . . 348
Sindulfus presbiter 46
Sollicite considerare 195
Specialiter autem archidiaconatum 298
Summi pontificatus auctoritas . 277
Super inobedientia tua 327
Super labore dilecti 297
Super quibus nos 109
Super tribulationibus et . . . 289

Tuarum nobis exposuit . . . 416

Ubi maiora sanctae 180
Ut plenius in 116

Venerabilis frater 190
Venerabilis fratris nostri . . . 175
Veniens ad limina 209
Veniente ad me 151
Venientes ad apostolicam . . . 223
Venientes ad nos 224
Venit ad nos 134
Verecundum nobis est 323
Veteris ac novi burgi 146
Vigili cura nos 296
Vir spectabilis Claudius . . . 4
Viris ecclesiasticis 310
Vobis respondere curavimus . . 42
Volentes labores vestros, quos . 381

Wido Mediolanensis 115

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

A. prior S. Cipriani de Venetiis 167.
A. archidiaconus Magalonensis 119.
Abendunense monast. 219.
Abrincensis eccl. 64. 80. 109. 112. 113. epp. Turgisus, Richardus.
Achatius 21.
Ada vicecomitissa 173.
Adam abbas Eveshamensis 208.
Adam (laicus) 53.
Adam de Marchia 113.
Adela comitissa, uxor Stephani comitis 74.
Adelaisia comitissa Taurinensis 56.
Adelbertus ep. Nemausensis 111.
Adelbertus mon. Casinensis 27. 28.
Adelheida imperatrix 65.
Ademarus ep. Agathensis 120.
Adrianus vide Hadrianus.
Adriensis eccl. 167. ep. Vitalis.
S. Aegidii capella 133.
S. Aegidii monast. 91.
S. Aegidius 86.
Aegidius magister Parisiensis 258.
Aelidis (seu Aledis) 246. 247.
Agathensis eccl. 120. ep. Ademarus.
Agnellus ep. Ravennas 17. 19.
Agnes ux. Petri comitis Nivernensis 238.
Aimardus 236.
Aimericus patr. Constantinopolitanus 165.
Aimericus S. R. E. diac. card. et cancellarius 90.
Aimo prior eccl. S. Salvii 148.
Alana eccl. 64. 119. 120. ep. Artaldus.
Alanus ep. Autissiodorensis 113.
Alba 69.
Albanensis eccl. 230. 231. 242. ep. Henricus.
Albanus dominus Castri-novi 238.
Albericus ep. Ostiensis 99.
Albericus abb. Balmensis 89.
Albero ep. Virdunensis 111. 123.
Albertus archiep. Salzurgensis 157.
Albertus ep. Leodiensis 249.
Albertus ep. Nemausensis 114.
Albertus ep. Virdunensis 246.
Albertus abbas 58.
Albertus canonicus (abbas S. Vincentii) 51.
S. Albini monast. 124. abb. Robertus.
Albinus negotiator 21.
Albizo presbyter 56.
Aledis (seu Aelidis) 246. 247.
Alemannia 123.
Alestensis eccl. 80. villa 79.
Alexander papa II 38—58.
Alexander papa III 131—208. 214. 233. 262. 264.
Alexander ep. 1.
Alexander clericus 10.
Alfanus archiep. Salernitanus 68. 78.
Alfonsus II rex Aragonum 256.
Alfonsus VIII rex Hispaniae 212.
Alfonsus comes Tolosanus 91. 131.
Alfonsus ep. Auriensis 235.
Alienor ducissa Normanniae 116.
Alivetus monachus 39.
Alnetense monast. 178. abb. Christianus.
Altissiodorensis eccl. 88. 91. 93. 113. epp. Hugo, Alanus.
Altmannus ep. Passaviensis 57.

Alvernensis eccl. 55. ep. Stephanus.
Alvernensis comes 240. 241. Robertus.
Alzo 173.
Amabilis ep. 16.
Amberta monast. 238.
Ambianensis eccl. 134. 219. epp. Theodericus. Theobaldus.
S. Ambrosius 59.
Amedeus archiep. Lugdunensis 99.
Amelius de Gatigis, monachus Casae Dei 83.
Amurianensis plebs (in Graecia) 51.
Anastasius papa II 21. 22.
Anastasius papa IV 115—119.
Anastasius ep. Catinensis 19.
Anastasius defensor Rom. eccl. 3. 5.
Andegavensis eccl. 67. 124. 125. 224. epp. Gaufridus, Matthaeus, Radulfus.
Andera 107.
S. Andreae de novo burgo eccl. 79.
Andreas ep. Florentinus 33.
Andreas de Viano 207.
Andreas (laicus) 16.
Andriae comes 152. Rogerius.
Anglia 123.
Anglorum reges 63. 97. 104. 124. Willelmus, Stephanus, Henricus.
Anianense monast. 69. 71. 72. 82. 83. 102. 106. 107. 111. 119. 121. 138. abb. Petrus, Willelmus, Raimundus.
S. Aniani Aurelianensis eccl. 217.
S. Aniani villa 246.
Aniciensis eccl. 39. 70. 96. epp. Petrus, Pontius, Humbertus.
Anno archiep. Coloniensis 47.
Anselmus (abbas S. Vincentii Laudun., post.) ep. Tornacensis 100. 101. 105.
Ansericus archiep. Bisuntinus 89.
Antiochena eccl. 164. 165. patriarcha Aimericus.
Antiochenus princeps 165. Boamundus III.
Antonina 1.
S. Antonini prior 61.
Apulia 34. 152.
Aquensis eccl. 90. archiep. Pontius.
Aquileiensis eccl. 41. ep. Ravengerus.
Aquitania 232. 234.
Aquitaniae primas 241. Henricus archiep. Bituricensis.
Ar. de Gradu 128.
Aragonum reges 63. 256. Sancius, Alfonsus II.
Arausicana eccl. 46. ep. Girardus.
Arbertus ep. Avenionensis 69. 71.
S. Archangeli ecclesia (in praedio Lustrensi) 22.
Arebrachium 136.
Arelatenses consules 229.
Arelatensis eccl. 44. 90. 106. 131. 230. 231. 242. 244. 245. 252. 253. archiepp. Raibaldus, Bernardus, Raimundus, Petrus, Imbertus.
Argentia 130. 131.
Argentinensis eccl. 65. ep. Otto.
Aribertus comes 32.
S. Aricius 103.
Arnacense monasterium 38.
Arnoldus archiep. Maguntinus 127.
Arnoldus archiep. Narbonensis 90.
Arnoldus abb. S. Crucis Burdegal. 263.
Arnulfus archiep. Cusentinus 51.
Arnulfus ep. Lexoviensis 98.
Arriani 62.
Arsenius archiep. 22.
Artaldus ep. Alanus (Elenensis) 64. 119. 120.
Arvernense concilium 67. 68.
Astensis electus ep. 57.
Astoricensis eccl. 227. 236. ep. Ferdinandus.
Aszo canonicus (abbas S. Celsi) 51.
Atrebatensis eccl. 72. 73. 79. 80. 219. 226. epp. Lambertus, Robertus, Petrus.
Audgarius ep. 30. 31.
Augerius de Rocabruna 86.
Augustensis eccl. 251.
S. Augustinus 33. 132.
Augustinus ep. Cantuariensis 75.
Aureiludi eccl. 85.
Aureium eccl. 260.
Aurelianensis eccl. 136. 139. 141. 167. ep. Manasses.
Auriensis eccl. 235. ep. Alfonsus.
Ausonensis eccl. 119. ep. Petrus.
Ausonia rivulus 70.
S. Autberti monast. 238. abb. Hubertus.
Autidus ep. 54.
Autissiodorensis eccl. vide Altissiodor. eccl.
Avenionensis eccl. 69. 71. 86. epp. Laugerius, Arbertus.
Avus defensor Rom. eccl. 4.
Azemarius 135.
Azzo vide Aszo.

B. clericus 159.
B. comes 49.
B. filius G. sacerdotis 219. 220.
B. presbyter 117.
B. archidiac. Auriensis 235.
B. canonicus Baiocensis 178.
B. cancellarius Carnotensis 168. 169.
B. Gordanicensis 119.
B. archidiac. Laudunensis 118.
B. professus monast. Moisiacensis 99. 100.

B. decanus S. Severini 180.
Baiocensis eccl. 96. 97. 98. 178. epp. Odo, Philippus.
Balduinus ep. Noviomensis 108.
Balduinus ep. Wigorniensis 220.
Balmense monast. 89. abb. Albericus.
Baltescium monast. 160.
Barcinonensis eccl. 119. ep. Willelmus.
Barensis comes 124. Rainaldus.
Bartholomaeus archiep. Turonensis 147. 206.
Bartholomaeus ep. Laudunensis 92. 162. 213.
S. Bartholomaei monast. 48. abb. Papius.
Basilius defensor Rom. eccl. 18.
Bassus ep. 1.
Bathoniensis eccl. 180. 219. ep. Reginaldus.
Beatrix comitissa 47.
Beatrix de Boussu 239. 246.
Beccense monast. 98. 163. 178. 179. abb. Rogerus.
Bellae-vallis monast. 156. 204. 213. 255. 256.
Bellator ep. Ostiensis 8.
Belli-loci monast. 262. abb. Theodericus.
S. Benedicti super Padum monast. 166. 167. abb. G., Rainerius.
S. Benedictus 25. 27. 119. 122.
Benedictus ep. Bicariensis 58.
S. Benedictus super Ligerim 110. abb. Macarius.
Beneventana eccl. 7. ep. Epifanius.
Beneventani princ. 52. Landulfus.
Beraldus abb. S. Theofredi 96.
Berengarius archiep. Tarraconensis 225.
Berengarius ep. Foroiuliensis 86.
Berengarius ep. Gerundensis 119.
Bergomas eccl. 62.
Bermundus archiep. Ebredunensis 30.
Bermundus ep. Biterrensis 102.
Bernardus 216.
Bernardus archiep. Arelatensis 90.
Bernardus archiep. Narbonensis 222. 224. 229.
Bernardus archiep. Tarracon. 119.
Bernardus ep. 54.
Bernardus ep. Nammetensis 125.
Bernardus ep. Portuensis 135.
Bernardus ep. Urgellensis 119.
Bernardus abb. Claravallensis 108. 211.
Bernardus abb. (Maioris?-)monasterii 61.
Berneredus ep. Praenestinus 175. 176. 177. 186. 188. 191. 194. 196. 197. 208.
Bertar abb. Casinensis 24. 27.
S. Bertini monast. 78. 88. 89. abb. Lambertus.
Bertrandus prior Gordanicensis 114.
Bertrandus de Montemirato 111.
Bertrannus ep. Foroiuliensis 86.
Bertrannus ep. Metensis 246.
Bertrannus Coronelli diaconus 163.
Bicariensis eccl. 58. ep. Benedictus.
Bisuntina eccl. vide Vesontionensis eccl.
Biterrensis eccl. 102. 120. 242. epp. Bermundus, Willelmus, Godefridus.
Bituricensis eccl. 101. 102. 121. 127. 139. 142. 184. 202. 227. 232. 233. 234. 241. archiepp. Petrus, Stephanus, Warinus, Henricus.
Blanca Landa 214.
Blerana eccl. 9. ep. Maximus.
Bleselei eccl. 218.
Blesensis comes 216. Theobaldus.
Boamundus III princ. Antiochenus 165.
Bolboniense monast. 212. 229.
Bonaria villa 70.
Bonizo abb. mon. Perusini 42.
Boscus Roberti 107.
Boso ep. Catalaunensis 131.
Boso presb. card. 80.
Boso comes Provinciae 31.
Boussu 239.
Br. monasterium 266.
Bricii comitissa 262. Laureta.
Britanniae comes 225. Godefridus.
Broburgensis parthenon 243. abb. Mathildis.
Burchardus ep. Meldensis 83. 87.
Burdegalensis eccl. 117. 127. 180. 233. 263. archiepp. Gaufredus (Godefridus), Willelmus.
burgenses castri novi Turonensis 225.
Burgensis eccl. 211. ep. Martinus.
Burne eccl. 201.

C. decanus S. Aniani Aurelian. 217.
C. canonicus Vallis crosae 119.
Cadunum monast. 95.
Cadurcensis eccl. 39. 40. ep. Fulco.
Caesaraugustana eccl. 80. ep. Petrus.
Cagia monast. 196. 197.
Calabria 51.
Calixtus papa II 80. 81. 88.
Callenses (Cagli) 27.
Caloccium monast. 160.
Calumna castellum 67.
Cambiae domus 253.
Cameracensis eccl. 246. ep. Rogerus.
Camerina eccl. 20. ep. Severus.
Camiliacum castrum 68.
Campania 34.
Cantuariensis eccl. 127. 207. archiepp. Augustinus, Theobaldus, Richardus.
Capraria villa 70.
Capuana eccl. 34. ep. Landulfus.
Caralitana eccl. 22. ep. Iohannes.

Carcassonensis eccl. 229. ep. Otto.
Carnotensis eccl. 47. 50. 66. 74. epp. Hugo, Hildegarius, Ivo.
Carolus vide Karolus.
Carturcensis eccl. vide Caturcens. eccl.
Casa-Dei monast. 69. 71. 72. 82. 173. abb. Stephanus.
Casalis S. Petri monast. 70.
Casinense mon. 24. 27. abb. Bertar.
Castrum novum 238.
Catacensis eccl. 160.
Catalaunensis eccl. 92. 131. 171. epp. Gaufridus, Boso, Wido.
Catalaunensis moneta 262.
S. Catarina 251.
Catinensis eccl. 17. 19. epp. Helpidius, Anastasius.
Cavenses domini 150.
S. Celsi monast. Mediolanense 52. (abb. Aszo.)
Cenmenocus ep. Venetus 33.
Cenomannensis eccl. 107. 125. 126. 206. 207. ep. Willelmus.
Cetegus patricius 14.
b. Ciprianus martyr. 16.
Cistercense monast. 209. 216.
Cisterciensis ordo 144. 147. 160. 193. 203. 212. 223.
Chalcedonense concilium 118.
Charitas monast. 113. 144. 248. 249. prior G.
Chissiacum 130.
Christianus archiep. Maguntinus 159. 161.
Christianus abb. Alnetensis 178.
Claravallis monast. 108. 211. abb. Bernardus.
Clarimarisci monast. 243.
Claromontensis eccl. 173. ep. Pontius.
Claudius 2.
Clemens papa III 237—243.
Clientensis vicus 9.
Cluniacense mon. 42. 79. 88. 89. 99. 100. 110. 111. 122. 141. 143. 236. 237. 248. abb. Hugo, Pontius, Petrus, Hugo.
Coelestinus papa I 20.
Coelestinus papa III 243—266.
Colci 162.
Colentia rivulus 70.
Colonantia monast. 173. 220.
Coloniensis eccl. 37. 47. 150. 249. archiepp. Herimannus, Wigfridus, Anno, Philippus.
S. Columbae monast. 248. abb. Radulfus.
Columbense monast. 132. abb. Rogerius.
Commmarceio, fundus de 88.
Compendiensis eccl. 92. 136.
Compostellana eccl. (S. Iacobi) 60. 211. 235. archiepp. Petrus, Didacus.
Conradus archiep. Salzburgensis 154.
Conradus electus ep. Wormatiensis 150.
Conradus fil. Willelmi marchionis de Monteferrato 161.
Constantiensis eccl. (in Normannia) 39. 53. epp. Goifridus, Rumaldus.
Constantinopolis urbs 32. 33.
Constantinopolitana eccl. 36. 57. 165.
Constantinopolitanus imp. 165. Manuel.
Constantinus ep. Capuanus (?) 3.
Constantinus ep. (Ferrariensis?) 28.
Constantinus presb. Narniensis 12.
Constantinus defensor Rom. eccl. 14.
Constantius succentor Meldensis 186. 188—192. 197.
consules Arelatenses 229.
Corbeia monast. Ambian. 243. abb. Nicolaus.
Cornelius 54.
Corona monast. 145. abb. Geraldus.
Corsica 44.
Corzon 249.
S. Cosmas Turonensis monast. 169.
Costa 167.
Coulongiis (Colonges) domus de 249.
Coventrensis eccl. 172. ep. Richardus.
Cresciturus diac. 17.
Cresconius ep. Tudertinus 10.
Criptis (Croptis) villa de 184. 185.
Croden domus hospitalis 169.
Crispeum 205.
Croptis (Criptis) villa de 184. 185.
S. Crucis Burdegal. monast. 145. 263. abb. Geraldus, Arnoldus.
Crux villa dioec. Abrinc. 65.
Cucuisna 130.
Cumana eccl. 42. 47. ep. Rainaldus.
Cursarium castrum 165.
Cusentina eccl. 160.
Cusentina eccl. 51. archiep. Arnulfus.
S. Cyrici eccl. 70.

Daibertus ep. Pisanus 61.
Dalmariacum 68.
Dani 38.
Desiderii 96.
Desiderius ep. Morinensis 219.
Didacus ep. S. Iacobi Compost. 60.
Diensis eccl. 69. 71. ep. Ismio.
Dictus presbyter 174.
S. Dionysii monast. 49. 55. 76. 127. 222. abb. Willelmus.
Disol miles 140.
Dodo ep. Rosellanus 41.
Doit Parfund 107.
Dolense monast. 234.
dominicatura 98.

dominicatus 167.
Dominicus patr. Gradensis 40. 51.
Dominicus dux 42.
Duacum 250. Duacenses mercatores.
Dulcitius patricius 14.
Dunelmensis eccl. 63. 267. 268. ep. Willelmus.
Dunense monast. 243.
Durandus camerarius 80.

E. Capacalida 185.
E. archidiaconus Tornacensis 93.
Eboracensis eccl. 201. 267. 268. archiepp. Turgisus, Henricus, Willelmus, Rogerus.
Ebredunensis eccl. 30. 90. archiepp. Bermundus, Willelmus.
Ebroicensis eccl. 125. ep. Rotrodus.
Eduensis eccl. 88. 89. ep. Stephanus.
Eleemosyna de Pomario 107.
Elenensis eccl. vide Alana eccl.
Eliensis eccl. 267.
Elionor comitissa S. Quintini 257.
Engebaldus vide Hengebaldus.
Engelbertus ep. Tursanus 52.
Engolismensis eccl. 80. 84. 127. 128. epp. Girardus, Hugo.
Epifanius ep. Beneventanus 7.
Erbertus vide Herbertus.
Ermengaudus abb. Vallis-magnae 138.
S. Eucharii monast. 260. abb. Godefridus.
Eucharistus 5. 6. 11. 12.
Eugenius papa III 98—116. 119. 124.
Eusebius ep. Fanensis 9.
Eustachius ep. Orientanus 56.
Eustachius ep. Valentinus 69. 71.
Eustachius miles 78.
Eustorgius ep. Lemovicensis 85.
Everardus ep. Tornacensis 158.
Everardus ep. Uzeticensis 114.
Eveshamense monast. 208. 219. abb. Adam.
Exiense monast. 99.

F. camerarius apostol. 172.
Fanensis eccl. 9. ep. Eusebius.
Faustinus archidiac. 4.
Faustus defensor Rom. eccl. 11.
Faustus 5. 6.
Favarces parthenon 250.
Feberrus mons 236.
Felicissimus 1.
Felix ep. 2.
Feniculensis vicus 14.
Ferdinandus ep. Astoricensis 227. 236.
Festus 10.
S. Fidis eccl. 79.
Firmitas (sive Urcha) 143.
Fiscanense monast. 251. abb. Radulfus.
Floriacense monast. vide S. Benedictus super Ligerim.
Flandria 226.
Flandrensis comes 89. Theodericus.
Florentina eccl. 33. ep. Andreas.
S. Florentii corpus 125.
S. Florentii monast. Salmurens. 118. 224.
Folcalcheriensis comitatus 253.
Fons Coberone 128.
Fons Ebraldi 257.
Fons Gebardi (in ep. Cenomanensi) 107. 132.
Foroiuliensis eccl. 86. epp. Bertrannus, Berengarius.
Forosemproniensis eccl. 18. pseudoep. Paulinus.
Francorum reges 42. 49. 50. 55. 143. 168. 175. 194. 195. 228. 238. 248. Philippus I, Henricus, Ludovicus, Philippus II.
Francorum regnum 133. 261.
Francia 92. 249.
Froterius ep. Nemausensis 45. 46.
Fridericus imper. Romanorum 150. 151. 152. 159. 194.
Fridericus comes (Tullensis) 87. 88.
Fridericus miles dioec. Tullensis 262.
Fulchrandus ep. Tolosanus 229.
Fulco ep. Cadurcensis 39. 40.
Fulco abb. S. Germani de Pratis 237.
Fulco abbas Montis-Maioris 253.
Fulco mon. Casae-Dei 83.
Fulginas eccl. 10. ep. Urbanus.

G. abb. S. Benedicti super Padum 167.
G. prior de Charitate 113.
G. decanus S. Laudi 124.
G. monachus Oratorii 160.
G. canonicus Rothomagensis 179.
G. archidiaconus Turonensis 224.
G. clericus 220. 221.
G. magister 206.
G. sacerdos 219.
G. de Cheureuse 186. 188. 189.
G. vir Beatricis de Boussu 239.
Gallicana eccl. 142.
Galterius ep. Magalonensis 83.
Garinus vide Warinus.
Garsendonius ep. Mantuanus 167.
Gau. thesaurarius S. Martini Turon. 84.
Gaucerandus ep. Vivariensis 96.
Gaudiosus diaconus 9.
Gaufredus sub voce Godefridus.
Gelasius papa I 1—11.
Gelasius papa II 79. 80. 103.
Gemundense monast. 135. 223.

Genitor presbyter 6.
S. Genovefae (Paris.) mon. 76. 108. 143. 222. abb. Stephanus, Hugo.
S. Genovefae eccl. 76.
Georgius patricius 36.
Geraldus abb. Coronensis 145.
Geraldus ep. Lemovicensis 128. 142.
Geraldus abb. S. Crucis Burdegal. 145.
Geraldus abb. S. Sepulchri 238.
Geraldus abb. Solemniacensis 128.
Gerardus fil. Theoderici castellani 81. 82. 88.
Gerelandus presbyter 23.
Gerento de Mezenco 96.
S. Germani in Laia eccl. 133.
S. Germani Parisiensis eccl. 133.
S. Germani Parisiensis monast. 186. 237. 259. 261. abb. Hugo, Fulco, Robertus.
Gerontius ep. Valvensis. 4. 5.
Geruntius ep. 9.
Gerundensis eccl. 119. ep. Berengarius.
Gervasius archiep. Remensis 50. 53.
Gervasius abb. de Oratorio 160.
S. Ghisleni monast. 239. 246. abb. Lambertus, Goswinus.
Giddewrte monast. 214.
Gilo miles de Arebrachio et de Loriaco 136.
Girardus ep. Engolismensis 80. 84.
Girardus ep. Laudensis 35.
Girardus ep. Tricastinensis (simulque Arausicanus) 46.
Giseburne monast. 200. 201. 214.
Gislebertus 81.
S. Glodesindis Metensis monast. 246. abb. Havidis.
Glyrius (episcopus?) 7.
Godefridus, Gaufredus, Gaufridus, Goffridus, Goifridus.
Gaufredus archiep. Burdegalensis 117. 127.
Goifridus archiep. Narbonensis 45.
Gaufridus ep. Andegavensis 67.
Godefridus ep. Biterrensis 242.
Gaufridus ep. Catalaunensis 92.
Goifridus ep. Constantiensis (in Normannia) 39.
Gaufredus ep. Tortosensis 119.
Godefridus abb. S. Eucharii 260.
Gaufredus abb. Vindocinensis 74. 75.
Goffridus abb. Maioris-monasterii 242.
Godefridus comes Brittanniae 225.
Gaufredus de Laureolo 90.
Godescalcus abbas Valcellensis 238.
Goffridus vide sub Godefridus.
Goifridus vide sub Godefridus.
Gordanicensis eccl. 69. 71. 72. 82. 83. 114. 119.
Goswinus abb. S. Ghisleni 246.
Gradensis eccl. 40. 51. patriarcha Dominicus.
Graeci 28. 29. 152. 153.
Grandisilva mon. ord. Cist. dioec. Tolos. 95.
Grandismons 240. 241.
Gratianus diac. card. SS. Cosmae et Damiani 206.
S. Gregorius papa I. 23. 48. 52. 57. 75.
Gregorius papa VII 58.
Gregorius archiep. Tarraconensis 95.
Gregorius subdiac. S. R. E. 156.
S. Gregorius de Stagno 107.
Grisogonus S. R. E. diac. card. 80.
Guacelinus vide Wacelinus.
Guarinus vide Warinus.
Guarnerius vide Warnerius.
Guermundus vide Wermundus.
Guido vide Wido.
Guigo vide Wigo.
Guilelmus vide Willelmus.
Gumanda comitissa Forcalcheriensis 85.

Habendune vide Abenduna.
Hadrianus papa II. 24. 26.
Hadrianus papa IV 119—130.
Haimo archidiaconus 81.
Haina flumen 239.
Haltechme eccl. 218.
Hamo clericus 218. 219.
Haneton fluviolus 239.
Harcoitus (Harscoitus) 64. 80.
Haribertus ep. Mutinensis 45. 48. 49.
Harmerslavensis eccl. 149.
Havidis abbatissa S. Glodesindis Metensis 246.
Helinandus ep. Laudunensis 45. 57.
Helisaeus ep. Mantuanus 47.
Helpidius ep. Catinensis 19.
Hemenart 107.
Henricus archiep. Bituricensis, Aquitaniae primas 232. 233. 234. 241.
Henricus archiep. Senonensis 83. 85. 87.
Hengebaldus archiep. Turonensis 117.
Henricus ep. Albanensis 230. 231. 242.
Henricus ep. Ratisponensis 94.
Henricus ep. Silvanectensis 175. 176. 178.
Henricus ep. Tullensis 81. 82. 87. 111. 123.
Henricus de Castris ep. Virdunensis 260. 262.
Henricus Remensis thesaurarius 167. 168.
Henricus presb. card. SS. Nerei et Achillei 135.
Henricus VI imper. Romanorum 263.
Henricus rex Anglorum 124.
Henricus rex Francorum 143.
Henricus dux Normanniae 109. 115. 116.

Henricus comes Trecensis 122. 179. 193.
Henricus de duobus pontibus 262.
Henricus de S. Eustachio 161.
Henricus miles Templi 105.
Herbertus intrusus ep. Vesontionensis 193.
Herbertus abb. S. Petri vivi Senonensis 85. 88. 92. 93.
Herbertus archidiac. Aurelianensis 136. 168.
Herbertus de Boseham magister 207.
Herculentius ep. (Potentinus?) 6.
Heribertus vide Haribertus.
Herimannus archiep. Coloniensis 37. 38.
Hernolfus ep. Santonensis 45.
Hervaeus abb. Maioris-monasterii 153. 154. 204. 216. 233. 235.
Hervaeus can. Meldensis 181—192. 194—197. 208.
Hierosolyma 57. 209. 221. 248.
Hierosolymitanum hospitale 265. 266.
Hildebertus 216.
Hildegarius ep. Carnotensis 50.
Hillinus archiep. Trevirensis 111. 123. 127.
Hingest 203.
Hispania 43.
Hispaniae reges 212. Alphonsus VIII.
S. Honorati Lerinensis monast. 242.
Honoratus abbas 22. 25.
Honorius papa II 81—85. 88.
hospitalarii 130.
Hostilius comes 3.
Hu. de Valleogrinosa 140.
Hubertus abb. S. Autberti 238.
Hugo archiep. Rothomagensis 90. 91. 105. 109. 127.
Hugo archiep. Senonensis 113. 122. 127. 186. 205.
Hugo archiep. Tarraconensis 256.
Hugo archiep. Turonensis 90.
Hugo ep. Altissiodorensis 91. 93. 88.
Hugo ep. Carnotensis 47.
Hugo ep. Engolismensis 127. 128.
Hugo ep. Lincolniensis 266.
Hugo legatus apost. 40. 45.
Hugo cardinalis 54.
Hugo abb. Cluniacensis 43. 237. 248.
Hugo abb. S. Genovefae 143.
Hugo abb. S. Germani Parisiensis 186.
Hugo abb. S. Iohannis de Vineis (Suessionens.) 174.
Hugo abb. Latigniacensis 134. 140.
Hugo abb. Pontiniacensis 88. 91. 93.
Hugo abb. S. Vitoni Virdun. 262.
Hugo magister 216.
Hugo de Oratorio 176. 177. 178. 191. 192.
Hugo Cholet 92.
Hugo fil. Radulfi comitis 41.
Humana eccl. 165. ep. Iordanus.
Humbertus ep. Aniciensis 96.

I. archipresbyter Turonensis 224.
I. diaconus (et monachus S. Comae Turonensis) 169.
Iacobus decanus Cathalauensis 171.
S. Iacobi eccl. vide Compostellana eccl.
Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmidin 106.
Ierosolyma vide Hierosolyma.
Ildefonsus vide Alfonsus.
Ilerdensis eccl. 119. ep. Willelmus.
Illinus vide Hillinus.
Imbertus archiep. Arelatensis 244. 245. 252. 253.
Ingalsia 38.
Ingelrannus de Colci 162.
Innocentius papa I 29.
Innocentius papa II 85—95. 100. 114.
Iocelinus ep. Sarisberiensis 103.
Iocelinus ep. Suessionensis 108.
Ioscelinus abb. Latigniacensis 173. 217.
Iocundus ep. 10.
Iocundus presb. Turinas (dioec. Spolet.) 20.
Iohanna 16.
Iohannes papa VIII 24—34.
Iohannes papa XI 37.
Iohannes papa XIX 38.
Iohannes archiep. Trevirensis 246.
Iohannes ep. Caralitanus 22.
Iohannes ep. Magalonensis 137.
Iohannes ep. Narniensis 12.
Iohannes ep. Nolanus 13.
Iohannes ep. Praenestinus 250.
Iohannes ep. Spoletinus 10.
Iohannes ep. Tervannensis 78.
Iohannes ep. Tirasonensis 255.
Iohannes ep. Tusculan., tit. S. Clementis card. 250.
Iohannes ep. 1.
Iohannes S. R. E. diac. card. 72.
Iohannes abb. Valcellensis 246.
Iohannis Cumin canonicus Wibernensis 203.
Iohannes presbyter 44.
Iohannes poeta 175. 176. 177. 178.
Iohannes comes 15.
Iohannes de Bambicio 140.
Iohannes Borgon 207.
Iohannes Languesecus mercator Duacensis 250.
S. Iohannes de Monte forti monast. 179.
Iohannes magister militum 18.
Iohannes defensor 16.
Iohannes (laicus) 18. 40. 216.
S. Iohannis baptistae eccl. 167.
S. Iohannis Laudunensis monast. 162.

S. Iohannis de Prato monast. 88. 92. 93.
S. Iohannis Senonens. monast. 92. abb. Raimundus.
S. Iohannis de Vineis monast. (Suession.) 174. abb. Hugo.
Iordanus ep. Humanus 165.
Ioslenus ep. Suessionensis 92.
Ioyacense monast. 147.
Isara 243.
Ismio ep. Diensis 69. 71.
Iudaei 44. 52. 59.
S. Iuliani monasterium 18.
S. Iuliani de Prato parthenon 117.
Iulius presb. card. tit. S. Marcelli 106.
Iustus ep. Larinas 1. 2. 3. 7.
Ivo ep. Carnotensis 66. 74.

Kelzei eccl. 214.
Karolus II Calvus 26.

L. clericus 193.
L. canonicus Valliscrosae 119.
Lahaia de Ingrandia 107.
Lambertus ep. Atrebatensis 72. 73. 80.
Lambertus abb. S. Bertini 78.
Lambertus abb. S. Ghisleni 239.
Lambertus (can. Remensis?) 77.
Landricus (Lancelinus) a Balgentiaco 75.
Landsuid abbatissa mon. undecim mil. virginum 38.
Landulfus ep. Capuanus 34.
Landulfus ep. Tortibulensis 58.
Landulfus princ. Beneventanus 52.
Lanfrancus ep. 48.
Lantius ep. Nucerinus 58.
Larinas eccl. 1. 2. 3. 7. ep. Iustus.
Lascurrensis eccl. 79. ep. Guido.
Lateranense concilium 221. 233. 259.
Lateranense palatium 135.
Latigniacense monast. 84. 87. 122. 130. 134. 140. 173. 217. abb. Radulfus, Hugo, Ioscelinus.
Laudensis eccl. 35. ep. Girardus.
Laudunensis eccl. 45. 57. 92. 118. 162. 213. epp. Helinandus, Bartholomaeus, Rogerus.
Laugerius ep. Avenionensis 86.
S. Laurentii abbatia 212.
S. Laurentii ecclesia in castro Alzonis 173.
Laurentius archidiac. 8.
Laureta comitissa de Bricio 262.
Legionensis eccl. 211. 227. ep. Manricus.
Lemovicensis comitatus 38.
Lemovicensis eccl. 85. 128. 142. epp. Eustorgius, Geraldus.
Leo papa I 42. 62.
Leo papa IV 21. 22.
Leo ep. Neapolitanus 56.
Leo praetor Siciliae 19.
Leodicensis eccl. i. e. Laudensis eccl. vide ibid.
Leodiensis eccl. 250. ep. Albertus.
S. Leonardi ecclesia ap. Camiliacum 68.
Leontius ep. 16.
Lerinense monast. vidè Lirinense.
Lexoviensis eccl. 98. ep. Arnulfus.
Libes eccl. 214.
Lincolniensis eccl. 266. ep. Hugo.
Linee 107.
Lirinense monast. 86. 203. 242. abb. Garinus.
Lombardi 152.
Lombardiae rectores 167.
Londonensis eccl. 266. ep. Richardus.
Longiprati parthenon 257.
Loriacum 136.
Lotharingiae dux 111. 126. Matthaeus.
Lotharius I rex 26.
Lucerinus episcopus 2.
Lucianum fundus 2.
Lucius papa II 95—96. 110.
Lucius papa III 208—227. 264.
Ludelega 208.
Ludovicus II imperator 26. 27. 32.
Ludovicus rex Francorum 168. 175.
Lugdunensis eccl. (Laon) vide Laudunensis.
Lugdunensis eccl. (Lyon) 90. 99. archiepp. Petrus, Amedeus.
Lupenandus presbyter 30.
Lupo presbyter 33.
Lustrense praedium 22.
Lutevensis eccl. 120. ep. Petrus.

M. mater Henrici ducis Normanniae 117.
M. dominus castri Croden. 170.
M. de Luis 185.
M. miles de Villameri 173.
Macarius abb. mon. S. Benedicti super Ligerim 110.
Magalonensis eccl. 83. 102. 107. 119. 120. 137. epp. Galterius, Raimundus, Iohannes.
Magdeburgenis eccl. 150. archiep. Wichmannus.
Magdunensis eccl. 217.
magistri iusticiarii 152.
magni comestabuli 152.
Maguntina eccl. 127. 159. 161. archiepp. Arnoldus, Christianus.
Maiorca 212.
Maius-monasterium 67. 68. 74. 107. 122. 132. 134. 147. 153. 154. 170. 204. 216. 233. 235. 242. abb. Guarnerius, Robertus, Hervaeus, Goffridus.

Malvitana eccl. 78.
Manasses ep. Aurelianensis 136. 167.
Manasses ep. Meldensis 108.
Manegaudus abb. S. Michaelis 124.
Manricus ep. Legionensis 211. 227.
Mantuana eccl. 47. 167. epp. Helisaeus, Garsendonius.
Mantuani consules 166.
Manuel imp. Constantinopolitanus 165.
S. Marcelli Parisiensis eccl. 137. 258.
Marchia 152.
Marchiae rectores 167.
Marcus presbyter monast. in Luciano 2.
Margati castrum 265.
Maria comitissa Trecensis 179. 193.
Maria ux. Andreae de Viano 207.
S. Mariae Fontis Ebraldi monast. 257.
S. Mariae Gordanicensis eccl. 82.
S. Mariae de Prato monast. 145.
S. Maria de Vallecrosa 120.
S. Mariae Magdalenae eccl. Vesontionensis 209.
S. Mariae de Quaranta monast. 140. abb. Petrus.
S. Mariae de Rocabruna ecc. 86. 87.
Mariana 1.
Marisiacus 143.
Maro archidiaconus 8.
Marsal 262.
S. Martialis Lemovicensis monast. 142. abb. Petrus.
Martinus ep. Burgensis 211.
Martinus ep. Nepesinus. 161.
Martinus ep. Oxomensis 255.
S. Martini de Campis eccl. 108. prior Simon.
S. Martini de Las eccl. 184.
S. Martini de Plano eccl. 71.
S. Martini de Sezeio eccl. 107.
S. Martini Turonensis eccl. 84. 225. 227.
S. Martini de Valle monast. 74. 216.
Marus presbyter 17.
Massana eccl. 41. ep. Tegrinus.
Mastallo comes sacrarum largitionum 7.
Mathildis abbatissa Broburgensis 243.
Matthaeus ep. Andegavensis 125.
Matthaeus ep. Trecensis 186. 189. 190. 191. 192. 194. 195. 196. 197.
Matthaeus presb. card. tit. S. Marcelli 206.
Matthaeus dux Lotharingiae superioris 111. 126.
Matthaeus de Belveir 207.
Mauritius ep. Parisiensis 133. 137. 258.
S. Maximini eccl. 121.
Maximus ep. Bleranus 9.
Maziaci eccl. 139.
Mediolanensis eccl. 46. 48. 51. 56. 59. 133. archiep. Wido.
S. Melanii Redonensis monast. 224. 225.
Meldensis eccl. 83. 87. 108. 129. 139. 164. 181—184. 186—190. 192. 194—197. 205. 208. 220. epp. Burchardus, Manasses, Stephanus, Simon.
Melior ep. 3.
Mercurius 9.
Meslagileburii monast. 214.
Messala ep. 10.
Metensis eccl. 111. 123. 246. 260. epp. Stephanus, Bertrannus, Stephanus.
Mexgirard 107.
Michael archiep. Senonensis 258.
Michael ep. Pisaurensis 45.
Michael decanus Meldensis 181. 183. 188. 196. 208.
Michael imp. Graecorum 32.
Michael (laicus?) 40.
S. Michaelis archangeli basilica 1.
S. Michaelis de periculo maris monast. 64. 80. 109. 112. 115—117. 124. abb. Richardus, Manegandus.
Millecurt 134.
Milo ep. Tervannensis 89.
Milo archipresbyter Mediolanensis 133.
Moderator conductor domus regiae 2.
Modiani cella 25.
Modintune eccl. 219.
Moisiacense monast. 99. 100.
Mons Eunni 130.
Mons Guidonis 107.
Montis-maioris monast. 75. 86. 253. abb. Petrus, Fulco.
Mons-martyrum parthenon 171.
Montis ferrati marchio 166. Willelmus.
Mons S. Michaelis monast., idem ac S. Michaelis de periculo maris, vide ibid.
Morinensis eccl. 219. ep. Desiderius.
Morlana eccl. 79.
Mutinensis eccl. 45. 48. 49. abb. Haribertus.

Nannetensis eccl. 125. ep. Bernardus.
Narbonensis eccl. 43. 45. 80. 90. 119. 137. 138. 222. 223. 224. 229. archiepp. Wifredus (Goifridus), Richardus, Arnaldus, Petrus, Pontius, Bernardus.
Narniensis eccl. 12. ep. Iohannes.
Neapolitana eccl. 14. 56. 78. epp. Viventius, Leo.
Nemausiensis eccl. 45. 80. 111. 114. epp. Froterius, Adelbertus.
Nepesina eccl. 161. ep. Martinus.
Neriaci eccl. 163.
Nestorius 20.
Nevelo 74.
Nicaenum concilium 34. 103. 104.
S. Nicasii monast. (Remense) 76. 77.
S. Nicolai de Blanca Landa eccl. 214.

S. Nicolai de Pratis (Ribomont.) monast. 146. 266.
Nicolaus papa I 23. 32.
Nicolaus papa II 40. 45. 51. 58.
Nicolaus abb. Corbeiensis (d. Ambian.) 243.
Nicolaus 216.
Nivernense monast. 238.
Nivernensis comes 238. 249. Petrus.
Nolana eccl. 13. 14. 78. ep. Iohannes.
Norhamtonensis eccl. 180.
Normannia 251.
Normanniae duces 109. 115. 116. Henricus.
Noviomensis eccl. 93. 94. 100. 108. 109. 146. epp. Simon, Balduinus.
Nucerina eccl. 58. ep. Lantius.

Occidens 210.
Ocleatinus 18.
Oddo vide Otto.
Odolricus ep. Paduanus 56.
Orricus abb. Abendunensis 39.
Onoratus vide Honoratus.
Opilio defensor R. E. 17.
Oratorium monast. ord. Cist. d. Andeg. 160. abb. Gervasius.
Orbinantes (Urbino) 27.
Ordericus vide Orricus.
Oriens 165. 210.
Orientana eccl. 56. ep. Eustachius.
Oscensis eccl. 255. ep. Richardus.
Osmundus canonicus Parisiensis 133.
Ostiensis eccl. 8. 99. epp. Bellator, Albericus.
Otto ep. Argentinensis 65.
Otto ep. Baiocensis 97. 98.
Otto ep. Carcassonensis 229.
Otto ep. Tusculanensis 175. 176.
Otto decanus S. Martini Turon. 84.
Otto (canon. Remensis?) 77.
Otto archiscol. Bituricensis 202.
Otto cancellarius Bituricensis 202.
Otto de Raderaria 107.
Oxomensis eccl. 255. ep. Martinus.

P. diaconus 181.
P. de Aspirano 119.
P. de Monte 177.
P. Raimundi 119.
Paduana eccl. 56. ep. Odolricus.
Papiensis eccl. 165. ep. Petrus.
Papius abb. mon. S. Bartholomaei 48.
S. Pardulfus 38.
Parisiensis eccl. 14. 49. 84. 87. 108. 130. 133. 137. 258. epp. Stephanus, Theobaldus, Mauritius.
Paschalis papa II 67—78. 94.
Passaviensis eccl. 57. ep. Altmannus.
Pataviensis vide Passaviensis.
Paulinus ep. 17.
Paulinus ep. Spoletinus 21.
Paulinus „pseudoepiscopus“ Forosemproniensis 18.
Paulus diaconus 19.
Pelagius 12—20.
Pensaurensis vid. Pisaurensis.
Perex eccl. 236.
Pergamensis vide Bergomas.
Pertusium castrum 86. 253.
Perusina urbs 42.
Perusinum monast. 42. abb. Bonizo, Rainerius.
Petragoricensis eccl. 145. ep. Petrus.
S. Petri eccl. 135.
S. Petri de Monte monast. 260. 262. abbas Petrus.
SS. Petri et Pauli et S. Genovefae villa (Marisiacus) 143.
S. Petri vivi Senonse monast. 85. 88. 92. 93. abbas Herbertus.
Petrus archiep. Arelatensis 230. 231. 242.
Petrus archiep. Bituricensis 102. 121. 127. 139. 184.
Petrus invasor eccl. S. Iacobi Compost. 60.
Petrus archiep. Compostellanus 211. 235.
Petrus archiep. Lugdunensis 90.
Petrus archiep. Narbonensis 119.
Petrus archiep. Tarentasiensis 156. 157. 254. 256.
Petrus ep. Aniciensis 39.
Petrus ep. Atrebatensis 226.
Petrus ep. Ausonensis 119.
Petrus ep. Caesaraugustanus 80.
Petrus ep. Lutevensis 120.
Petrus ep. Papiensis 165.
Petrus ep. Petragoricensis 145.
Petrus ep. Pistoriensis 61.
Petrus ep. Ravennas 10.
Petrus electus ep. Salernit. 35. 36. 37.
Petrus ep. Silvanectensis 108.
Petrus ep. Terracinensis 59.
Petrus ep. Tusculanensis 177. 215.
Petrus abb. Anianensis 71. 82.
Petrus abb. Cluniacensis 88. 89.
Petrus abb. S. Mariae de Quaranta 140.
Petrus abb. S. Martialis Lemovicensis 142.
Petrus abb. Montis-maioris 75. 86.
Petrus abb. S. Petri de Monte 261. 262.
Petrus abb. S. Richarii 134.
Petrus abb. S. Romani de Blavia 89. 90.
Petrus presb. card. tit. S. Grisogoni 164. 168. 177.
Petrus diac. card. 80.
Petrus decanus S. Germani Autissiodorensis 222.

Petrus subdiaconus 40.
Petrus (legatus?) 22.
Petrus comes Nivernensis 238. 249.
Petrus de Corzon, serviens Petri comitis Nivernensis 249.
Petrus dominus castri Camiliacensis 68.
Petrus Rotbaudi monachus Casae-Dei 83.
Petrus (laicus) 4.
Petrus de conventu S. Nicolai de Blanca Landa 214.
Phi. archidiaconus Cusentinus 160.
Philippus archiep. Coloniensis 150.
Philippus ep. 9.
Philippus ep. Baiocensis 97.
Philippus abb. Salmurensis 125.
Philippus magister, canonicus Parisiensis 258.
Philippus rex Francorum 42. 49. 50. 55. 194. 195. 228. 238. 248.
Pictavensis comes 233. R.
Pictavensis eccl. 233. ep. Willelmus.
Pilium 149.
Pisana eccl. 61. ep. Daibertus.
Pisana synodus 92.
Pisaurensis eccl. 45. ep. Michael.
Pistoriensis eccl. 61. ep. Petrus.
Poliniacum 89.
Poncardus magister, canonicus Remensis 245.
Pontiniacense monast. 88. 91. 93. abb. Hugo.
Pontius archiep. Aquensis 90.
Pontius archiep. Narbonensis 137. 138.
Pontius ep. Aniciensis 70.
Pontius ep. Claromontensis 173.
Pontius abb. Cluniacensis 79.
Pontius monachus Montis maioris 253.
Pontivorum comites 105. Willelmus.
Populoniensis eccl. 28.
Portuensis eccl. 135. ep. Bernardus.
Potentina urbs 4.
Praenestina eccl. 175. 176. 177. 182. 186. 188. 189. 190. 191. 192. 194. 196. 197. 208. 250. epp. Bernerdus, Iohannes.
Priscillianus 1.
Proba 3.
Probus ep. civitatis cuiusdam in Apulia 2.
Provincia (Provence) 31.

S. Quintini comitissa 257. Elionor.
S. Quintini eccl. 146.

R. de Bellomonte 159.
R. archidiac. Laudunensis 118.
R. archidiac. Meldensis 205.
R. canonicus eccl. Omnium Sanctorum (Catalaun.) 131. 132.
R. comes Pictavensis 233.
R. Polet magister 219.
R. prior de Rivo 224.
R. archidiac. Tornacensis 93.
R. clericus 219. 221.
Radulfus archiep. Remensis 76. 77.
Radulfus archiep. Turonensis 65.
Radulfus ep. Andegavensis 224.
Radulfus abb. S. Columbae 248.
Radulfus abb. Fiscanensis 251.
Radulfus abb. Latigniacensis 84. 87.
Radulfus prior de Caritate 144.
Radulfus decanus Ambianensis 134.
Radulfus presbyter 54.
Radulfus comes 41.
Radulfus filius Ingelranni de Colei 162.
Radulfus filius Lancelini de Balgentiaco 75.
Raibaldus archiep. Arelatensis 44.
Raimpuldus monachus 57.
Raimundus archiep. Arelatensis 106. 131.
Raimundus ep. Magalonensis 102. 119. 120.
Rammulfus ep. Santonensis 66.
Raimundus ep. Uceticensis 71.
Raimundus abb. Anianensis 138.
Raimundus abb. S. Iohannis Senonensis 92.
Raimundus de Mirabello monachus Casae-Dei 83.
Rainaldus archiep. Remensis 89. 92. 162.
Rainaldus ep. Cumanus 42. 47.
Rainaldus canonicus S. Marcelli Parisiensis 258.
Rainaldus comes Barensis 124.
Rainaldus de Craciaco 139.
Rainaldus miles 78.
Rainaldus 222.
Rainerius abb. S. Benedicti super Padum 166. 167.
Rainerius abb. mon. Perusini 42.
R(ainerius) archidiac. Catalaunensis 171.
Rainpaldus legatus apost. 40.
Ratisponensis eccl. 94. ep. Henricus.
Ravengerus electus ep. Aquileiensis 41.
Ravennas eccl. 10. 17. 35. epp. Petrus, Agnellus, Romanus.
Redonensis eccl. 125. ep. Stephanus.
Reginaldus ep. Bathoniensis 219.
Reimberti ulmus 105.
Remensis eccl. 50. 53. 76. 80. 89. 92. 94. 100. 122. 127. 162. 167. 168. 172. 174. 176. 178. 195. 227. 245. 249. archiepp. Gervasius, Radulfus, Rainaldus, Samson, Willelmus.
S. Remigii eccl. (Paris.) 76.
S. Remigii monast. (Remense) 76. 77.
Reparatus ep. 6.
Respectus ep. 5.
Ribertus invasor eccl. Wapincensis 44.

Ribomontense monast. 266.
Richardus archiep. Cantuariensis 207.
Richardus archiep. Narbonensis 80.
Richardus ep. Abrincensis 109. 112. 113.
Richardus ep. Coventrensis 172.
Richardus ep. Londonensis 266.
Richardus ep. Oscensis 255.
Richardus ep. Urbevetanus 158.
Richardus abb. S. Michaelis de periculo maris 109. 112. 115. 116. 117.
Richardus abb. Troarnensis 105.
Richardus miles Templi 105.
S. Richarii monast. 134. abb. Petrus.
Richerius archiep. Senonensis 43. 50.
Riciaci villa 93.
Rivipullense monast. 119.
Rivo, eccl. de 224.
Robertus archiep. Viennensis 253.
Robertus ep. Atrebatensis 79.
Robertus abb. S. Albini 124.
Robertus abb. S. Germani de Pratis 259.
Robertus abb. Maioris-monasterii 132. 134.
Robertus decanus Rothomagensis 178.
Robertus presbyter 103.
Robertus (Guiscardus) dux Apuliae, Calabriae, Siciliae 51.
Robertus comes Alvernensis 240. 241.
Rocha castrum 213.
Rodulfus vide Radulfus.
Rogerus archiep. Eboracensis 201.
Rogerus ep. Cameracensis 246.
Rogerus ep. Laudunensis 213.
Rogerus abb. Beccensis 163. 178. 179.
Rogerus abb. Columbensis 132.
Rogerus (canon. Remensis?) 77.
Rogerus comes Andriae 152.
Roiata castrum 150.
Roma urbs 3. 155. 209.
Romana ecclesia 23. 41. 46. 59. 61. 62. 63. 67. 74. 78. 84. 86. 87. 126. 131. 135. 156. 163. 164. 165. 182. 185. 200. 215. 217. 234. 235. 237. 252. 261. 265.
Romanense monast. 91.
Romani 159.
S. Romani de Blavia monast. 89. 90. abb. Petrus.
Romaniae rectores 167.
Romanorum imp. 150. 151. 152. 159. 194. 263. Fridericus I, Henricus VI.
Romanus pontifex 42.
Romanus archiep. Ravennas 35.
Romaricense monast. 126.
Romulus presbyter 2.
Ronciniacum 128.
Roricus archidiaconus Meldensis 187. 188. 191. 196.
Rosellana eccl. 41. ep. Dodo.
Rotomagensis eccl. 64. 65. 90. 91. 105. 109. 127. 145. 178. 179. archiepp. Willelmus, Hugo, Rotrocus.
Rotrocus archiep. Rotomagensis 145.
Rotrodus ep. Ebroicensis 125.
Ruciniacum 128.
Ruminiacum 92.
Rumaldus ep. Constantiensis (in Normannia) 53.
Rumulfus ep. (Constantiensis?) 41.

Saconiaci eccl. 174.
Sacri-portus confraternitas 228.
Salernitana eccl. 30. 35. 36. 37. 68. 78. epp. Petrus, Alfonsus.
Salernitanus? comes? 62.
Salmurense monast. 125. 224. 225. abb. Philippus.
S. Salvatoris Anianensis monast. 106.
S. Salvatoris de Rubo eccl. 106. 107.
S. Salvii eccl. 148.
Salzburgensis eccl. 154. 157. archiepp. Albertus, Conradus.
Samson archiep. Remensis 94. 100. 122. 127.
Sancius rex Aragonensis 63.
Santonensis eccl. 45. 66. 90. epp. Hernolfus, Ramnulfus, Willelmus.
Saorciaci eccl. 85.
Sapewic 203.
Sapientia 107.
Sardinia 21. 28.
Sarisberiensis eccl. 103. ep. Iocelinus.
Sarraceni 34. 43.
Saturninus 17.
Secundus ep. Taurominitanus 16. 20.
Segetius 20.
Seicestriae eccl. 218.
Senebrunus de Sparra 146.
Senonensis eccl. 43. 50. 83. 85. 87. 113. 122. 127. 147. 164. 186. 205. 227. 237. 248. 258. archiepp. Richerius, Henricus, Hugo, Willelmus, Hugo, Wido, Michael.
Septimus servus 6.
S. Sepulchri eccl. 75. 106.
S. Sepulchri monast. 238. abb. Gerardus.
Serenus ep. 3.
Sessulana eccl. 13.
Severicus archidiaconus Norhamtonensis 180.
S. Severini eccl. 180.
Severus ep. Camerinus 20.
Sicilia 19. 123.
Siciliae reges 152. 159. 264. Willelmus.
Silvanectensis eccl. 108. 175. 176. 177. epp. Petrus, Henricus.
Silvester papa I 29.
Siniana comitissa Folcalcheriensis 85.

Simon ep. Meldensis 181—184. 186—190. 192. 194—197. 205. 220.
Simon ep. Noviomensis 100.
Simon prior S. Martini de Campis 108.
Sindulfus presb. et ministerialis cellae Modiani 25.
Siracusana eccl. 14.
Siracusius ep. 11.
Solacum 146.
Solemniacensis monast. 128. abb. Geraldus.
Sophonesta femina 27.
Speciosa-vallis mon. 99.
Spoletina eccl. 10. 21. epp. Iohannes, Paulinus.
Standalmontense monast. 66. abb. Guacelinus.
S. Stephani Nivernensis monast. 238.
S. Stephani Vesontionensis eccl. 98. 99.
Stephanus papa V. 35—37.
Stephanus archiep. Bituricensis 142.
Stephanus archiep. Viennensis 90.
Stephanus ep. Alvernensis 55.
Stephanus ep. Eduensis 88.
Stephanus ep. Meldensis 139. 164.
Stephanus ep. Metensis 111. 123. 260.
Stephanus ep. (Neapolitanus?) 6.
Stephanus ep. Parisiensis 83. 87.
Stephanus ep. Redonensis 125.
Stephanus abb. Casae-Dei 82. 83.
Stephanus abb. S. Genovefae 222.
Stephanus decanus Silvanectensis 177.
Stephanus diac. 4. 10.
Stephanus magister canonicus Remensis 245.
Stephanus rex Anglorum 104.
Suessionensis eccl. 92. 108. ep. Ioslenus.
Symon clericus 261.

T. de Pilio 149.
T. medicus 150—153.
Tancredus comes Licii (post rex Siciliae) 152.
Tarentasiensis eccl. 156. 157. 254. 265. archiep. Petrus.
Tarentina eccl. 36.
Tarraconensis eccl. 95. 119. 255. 256. archiepp. Gregorius, Bernardus, Berengarius, Hugo.
Taurinensis comitissa 56. Adelaisia.
Tauromenitana eccl. 16. 20. ep. Secundus.
S. Thomae Arelatensis eccl. 252.
Thosan monast. 243.
Tegrinus ep. Massanus 41.
Teias comes 5.
Templarii 130.
Templum 243. 248.
Terra Laboris 152.
Terra sancta 232
Terracinensis eccl. 59. ep. Petrus.
Tervannensis eccl. 78. 89. epp. Iohannes, Milo.
Teudo de Firmitate 143.
Theobaldus archiep. Cantuariensis 127.
Theobaldus ep. Ambianensis 219.
Theobaldus ep. Parisiensis 108. 130.
Theobaldus presbyter 54.
Theobaldus sacerdos 158.
Theobaldus magister 200.
Theobaldus comes Blesensis 216.
Theobaldus filius Stephani comitis 74.
Theobaldus miles de Crispeio 205.
Theodericus ep. Ambianensis 134.
Theodericus abb. Belli loci 262.
Theodericus praepositus Tornacensis 93.
Theodericus comes Flandrensis 89.
Theodericus de Imbertcort 81. 82.
Theodericus de Sorceio 88.
Theodericus castellanus 81. 82. 88.
S. Theofredi monast. 70. 96. abb. Vulliermus, Beraldus.
Ticianus presbyter 2.
Tirasonensis eccl. 255. ep. Iohannes.
Tolosana eccl. 95. 229. ep. Fulchrandus.
Tolosanum concilium 83.
Tolosanus comes 91. 131. Alfonsus.
Torcatorius iudex 52.
Tornacensis eccl. 93. 100. 101. 104. 105. 158. epp. Anselmus, Everardus.
Tornesberi eccl. 214.
Tornot monast. 214.
Tortibulensis eccl. 58. ep. Landolfus.
Tortosensis eccl. 119. ep. Gaufredus.
Trecensis comes 122. 179. 193. Henricus; comitissa Maria.
Trecensis eccl. 186. 189. 190. 191. 192. 194. 195. 196. 197. ep. Matthaeus.
Trevirensis eccl. 111. 123. 127. 246. 260. archiepp. Hillinus, Iohannes.
Tricastinensis eccl. 46. ep. Girardus.
S. Trinitas de Palea 107.
Troarnense monast. 105. abb. Richardus.
Tudertina eccl. 10. ep. Cresconius.
Tullensis eccl. 81. 82. 87. 111. 123. 262. ep. Henricus.
Tullinus presbyter 7.
Turgisus ep. Abrincensis 64. 80.
Turinas ecclesia (dioec. Spolet.) 21.
Turonense castrum novum 225.
Turonensis eccl. 65. 90. 117. 147. 206. 224. 225. 227. archiepp. Radulfus, Hugo, Hengebaldus, Bartholomaeus.
Tursana eccl. 52. ep. Engelbertus.
Tusculanensis eccl. 175. 176. 215. 250. epp. Oddo, Petrus, Iohannes.

Ucceticensis eccl. 71. 114. ep. Raimundus, Evrardus.
Uldricus cancellarius Theobaldi comitis Blesensis 216.
Umbertus idem ac Imbertus.
Urbanus papa II 59—67. 80. 94. 97. 98.
Urbanus papa III 227—237.
Urbanus ep. Fulginas 10.
Urbevetana eccl. 158. ep. Richardus.
Urbinantes vide Orbinantes.
Urbs 161. 264.
Urgellensis eccl. 119. ep. Bernardus.
Ursio, filius Nevelonis, 74.
Utica 79.
Uticensis ecclesia 111.

Valaniensis eccl. 265.
Valcellense monast. 238. 246. abb. Godescalcus, Iohannes.
Valentia 70. 71. 72. 80.
Valentina eccl. 69. 71. ep. Eustachius.
Valentinus ep. 8.
Valeriacum 99.
Valliscrosa 119. 120.
Vallis-Dei monast. 218.
Vallis-magna monast. 138. 144. 223. abb. Ermengaudus.
Valvensis eccl. 4. ep. Geruntius
Vechii monast. 214.
S. Vedasti monast. 72. 80.
Veneta eccl. 33. ep. Cenmenocus.
Venetiae 152.
Vernaldus episc. 22.
Vesontionensis eccl. 89. 98. 193. 209. 256. archiepp. Ansericus, intrusus Herbertus, Stephanus, Amadeus.
Victor ep. 3. 7.
S. Victoris Parisiensis monast. 196. abb. Warinus.
S. Victoris monast. 216.
Viennensis eccl. 69. 90. 253. epp. Guido, Stephanus, Robertus.
Villafranca monast. 227. 236.
Villa meri 173.
S. Vincentii monast. Mediol. 52. abb. Albertus.
S. Vincentii Laudunensis monast. 100. abb. Anselmus.
Vindocinense monast. 67. 74. 75. abb. Gaufridus.
Virdunensis eccl. 111. 123. 246. 260. 262. epp. Albero, Albertus, Henricus.
Virsionensis eccl. 121.
Vitalis ep. Adriensis 167.
Viterbienses 161.
S. Vitoni Virdunensis monast. 262. abb. Hugo.
Vivariensis eccl. 96. 114. epp. Gaucerandus, Willelmus.
Viventius ep. Neapolitanus 14.
Volaterrani curiales 11.
Vulliermus vide Willelmus.
Vulturnina eccl. 14. 43.

W. clericus 171. 172.
W. de Fonte 208.
W. de Luci 208.
W. archidiac. Parisiensis 76.
Wacelinus abbas Standalmontensis 66.
S. Walarici monast. 215.
Wamarius princeps Salernitanus 36.
Wamii flumen 239.
Wapincensis eccl. 44.
Warinus archiep. Bituricensis 185.
Warinus abb. Lirinensis 86.
Warinus abb. S. Victoris Parisiensis 196.
Warinus archipresbyter 136.
Warnerius abb. Maioris-monasterii 107.
Wartriia (Waltria) eccl. 214. 215.
Wermundus 92.
Wiberna eccl. 203.
Wichmannus archiep. Magdeburgensis 150.
Wido archiep. Mediolanensis 46. 56.
Wido archiep. Senonensis 237. 248.
Wido ep. Cathalaunensis 171.
Wido ep. Lascurrensis 79.
Wido ep. Viennensis 69.
Wido canonicus Meldensis 187. 188. 191. 196.
Wido de Turri 38.
Wifredus archiep. Narbonensis 43.
Wigfridus archiep. Coloniensis 37.
Wigo Dalfinus 91.
Wigorniensis eccl. 208. 220. ep. Balduinus.
Willelmus archiep. Burdegalensis 180. 233.
Willelmus archiep. Ebredunensis 90.
Willelmus archiep. Remensis, S. Sabinae card. 162. 172. 174. 176. 178. 183. 195. 249.
Willelmus archiep. Rotomagensis 64. 65.
Willelmus archiep. Senonensis 147.
Willelmus ep. Barcinonensis 119.
Willelmus ep. Biterrensis 120.
Willelmus ep. Cenomannensis 107. 125. 126. 206. 207.
Willelmus ep. Dunelmensis 63.
Willelmus ep. Ilerdensis 119.
Willelmus ep. Pictavensis 233.
Willelmus ep. Sanctonensis 90.
Willelmus ep. Vivariensis 114.
Willelmus abb. S. Salvatoris Anianensis 102. 106. 111.
Willelmus abb. S. Dionysii 222.

Willelmus abb. S. Theofredi 70.
Willelmus decanus Trevirensis 260.
Willelmus rex Anglorum 63. 97.
Willelmus rex Siciliae 152. 159.
Willelmus marchio Montis-ferrati 166.
Willelmus comes 146.
Willelmus comes Pontivorum 105.
Willelmus Bertranni 86.
Willelmus Ernaudi 135.
Willelmus Iordanis 96.
Willelmus de Mauritania 105. 106.
Willelmus de Montepessulano 119.
Willelmus Raimundi 255.
Willelmus fil. Stephani comitis 74.
Wormatiensis eccl. 150. ep. Conradus.

Zacheus ep. 11.
Zebruarius mons 236.
Zoches monast. 219.

CORRIGENDA.

p. 39 l. 15 *lege* litterarum.
p. 66 n. 137 *exstat etiam in* Anal. iur. pont. X. 565.
p. 78 *lege* duxit.
p. 87 n. 175 *in margine corr.* 1131.
p. 88 l. 2 *in margine corr.* 1131.
p. 93 n. 184 *melius redigitur ad* 30 Dec. 1141, *vide novam Regestorum editionem.*
p. 117 n. 218 *corr.* E(ngebaldo).
p. 249 l. 35 *dele num.*[1]; *nomen archiepiscopi Coloniensis non constat.*

um
10833

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO — 5, CANADA

10833.